Florilegium Patristicum tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Ediderunt

Bernhardus Geyer
S. Theologiae Doctor
in Universitate Bonnensi Professor ordinarius

et

Johannes Zellinger
S. Theologiae Doctor
in Universitate Monacens Professor ordinarius

Fasciculus XLII

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXXVIII

Monumenta de viduis diaconissis virginibusque tractantia

Collegit notis et prolegomenis instruxit

Josephine Mayer
Philosophiae Doctor

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXXVIII

Imprimatur. Coloniae, die 11. m. Augusti 1937 Dr. David, Vicarius generalis.

MARITO DILECTO
QUI INITIA HUIUS POSUIT OPUSCULI
LIBELLUM DAT UXOR

Elenchus.

Editiones.

Achelis = H. Achelis, Canones Hippolyti, Leipzig 1891, in: Die ältesten Quellen des orientalischen Kirchenrechts.

ASS = Acta Sanctorum.

Assemani, Bibl. or. = J. S. Assemani in: Bibliotheca orientalis II, Romae 1721; III, Romae 1778.

Baehrens = Origenes t. VIII ed. H. Baehrens (GCS XXXVIII), Leipzig 1925.

Cousin = P. Abaelardus ed. V. Cousin I, Paris 1849; II, Paris 1859.

CSEL = Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum editum consilio et impensis Academiae Litterarum Caesareae Vindobonensis.

Deferrari = Saint Basil, The Letters, ed. Roy I. Deferrari vol. III, London and New York 1930.

Diekamp = Patres apostolici t. II Funkianae editionis, rec. Fr. Diekamp, Tubingae 1913.

Duchesne = Liber pontificalis ed. L. Duchesne, Paris 1886.

Funk = Didascalia et Constitutiones apostolorum ed. Fr. X. Funk, 2 tomi, Paderbornae 1905.

F.-Bihlmeyer = F. X. Funk-K. Bihlmeyer, Patres apostolici I, 1924.

Funk, Doctrina = Doctrina duodecim apostolorum ed. Fr. X. Funk, Tubingae 1887.

Funk patr. ap. = Patres apostolici ed. Fr. X. Funk, 2 vol., Tubingae 1901.

GCS = Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, herausgegeben von der Kirchenväterkommission der preußischen Akademie der Wissenschaften.

Gerbert = Monumenta vet. liturgiae Alemannicae ed. M. Gerbertus, Mon. St. Blasii 1779.

Hefele = C. J. v. Hefele, Geschichte der Konzilien II. Bd., Freiburg s. a.

Hefele-Leclercq = C. J. v. Hefele-H. Leclercq, Histoire des conciles II, Paris 1908.

Hilberg = Hieronymus, epp. pars I ed. J. Hilberg (CSEL LIV), Vindobonae 1910.

Hittorp = M. Hittorp, De divinis catholicae ecclesiae officiis et mysteriis, in: Magna bibliotheca veterum patrum t. X, Paris 1644.

Holl = Epiphanius t. III ed. K. Holl (GCS XXXVII), Leipzig 1933.

Hussey = Sozomenos, Hist. ecclesiastica ed. R. Hussey, Oxford 1860.

Koetschau = Origenes t. II ed. P. Koetschau (GCS III), Leipzig 1899.

Kukula = Plinius Minor ed. R. C. Kukula, Lipsiae 1912.

Lagarde = Clementina, herausgegeben von Paul de Lagarde, Leipzig 1865.

Lupton = Tertullianus, De baptismo ed. J. M. Lupton, Cambridge 1908.

Mabillon = J. Mabillon, Museum Italicum II, Paris 1689.

Mai = A. Mai, Scriptorum veterum nova collectio t. X, Romae 1838; in hoc tomo: Bar-Hebraeus, Nomokanon.

Mansi = J. D. Mansi, Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio, 31 tomi, Florenz u. Venedig 1757—1798.

Martène = E. Martène, De antiquis ecclesiae ritibus, Antverpiae 1763.
Mommsen-Meyer = Th. Mommsen-P. M. Meyer, Codex Theodosianus, Berolini 1905.
MPG = J. P. Migne, Patrologia Graeca.
MPL = J. P. Migne, Patrologia Latina.
Oehler = Tertullianus, ed. Fr. Oehler I, Leipzig 1853.
Pinius = I. Pinius, Tractatus de ecclesiae diaconissis, in: Acta Sanctorum Sept. I, Antverpiae 1746.
Preuschen = Origenes t. IV ed. E. Preuschen (GCS X), Leipzig 1903.
Rahmani = Testamentum Domini nostri Jesu Christi, ed. et Latine reddidit I. E. Rahmani, Moguntiae 1899.
Rauer = Origenes t. X ed. M. Rauer (GCS XXXV), Leipzig 1930.
Rauschen = Tertullianus, De praescriptione haereticorum ed. G. Rauschen, Bonn 1906 = Florilegium patristicum IV.
Rauschen = Tertullianus, De pudicitia ed. G. Rauschen, Bonn 1915 = Floril. patr. X.
Schermann = Th. Schermann, Die allgemeine Kirchenordnung des 2. Jahrhunderts, Paderborn 1914.
Schoell-Kroll = Corpus iuris civilis, Novellae, rec. R. Schoell et Gul. Kroll, Berolini 1895.
Stählin = Clemens Alexandrinus ed. O. Stählin t. I (GCS XII), Leipzig 1905; t. II (GCS XV), Leipzig 1906.

Bibliographia.

A l l e v i, L., L'azione femminile nei primordi della chiesa cristiana = La Scuola catt. S. 2 vol. 6 (1923) 689—704.
B o r s i n g e r, Hildegard, Rechtsstellung der Frau in der kath. Kirche, Diss. Zürich, Borna-Leipzig 1930, 20 sqq.
D e l l i n g, G., Paulus' Stellung zu Frau und Ehe = Beiträge zur Wissenschaft vom Alten und Neuen Testament, herausg. von Alt u. Kittel, 4. F. Heft 5, Stuttgart 1931.
G o l t z, E. v. der, Der Dienst der Frau in der christlichen Kirche, 2. Aufl., Potsdam 1914, 5—48.
K a l s b a c h, A., Die Diakonissenweihe im Kan. 19 des Konzils von Nicaea = Römische Quartalschr. 32 (1924) 166 sqq.
K a l s b a c h, A., Die altkirchliche Einrichtung der Diakonissen, Freiburg 1926.
K e t t e r, P., Christus und die Frauen. Frauenleben und Frauengestalten im Neuen Testament, Düsseldorf 1933: 4. Tl. Die Frau im Dienste des Reiches Christi zur Zeit der Apostel, 363 sqq.
K i r s c h, J. P., Die Frauen des kirchlichen Altertums, Paderborn 1912: Die Frauen im Dienste der Kirche und der Nächstenliebe, 18 sqq.
L a b r i o l l e, P. de, Mulieres taceant in ecclesia = Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétiennes (1911) 1 sqq.; 103 sqq.
L u d w i g, A. F., Weibliche Kleriker in der altchristlichen u. frühmittelalterlichen Kirche = Passauer Theol. Monatsschrift 20 (1910) 548–557; 21 (1911) 609–617.
P a n k o w s k y, A. J., De diaconissis 1866.
R o b i n s o n, C., The ministry of Diaconesses, London 1898.
S c h ä f e r, H., Die Kanonissenstifter im deutschen Mittelalter, Stuttgart 1907.
S c h e r m a n n, Th., Die allgemeine Kirchenordnung des 2. Jahrh., 1914: I, 202 sqq. Die christliche Jungfrau und Witwe.

Stöcker, Lydia, Die Frau in der alten Kirche, Tübingen 1907.
Tischleder, P., Wesen und Stellung der Frau nach der Lehre des hl. Paulus, Münster 1930: II. Hauptabschn. Die Stellung der Frau, 120 sqq.
Turner, C. H., *Χειροτονία, χειροθεσία, ἐπίθεσις χειρῶν* = Journal of theological studies 24 (1922/23) 496 sqq.
Viteau, J., L'institution des Diacres et des Veuves = Rev. d'histoire ecclés. 22 (1926) 513—537.
Wieland, Fr., Die genetische Entwicklung der sog. Ordines minores = 7. Suppl.-H. der Röm. Quartalschr., Rom 1897, 14—16; 30; 60—65.
Wilpert, J., Die gottgeweihten Jungfrauen in den ersten Jahrhunderten der Kirche, Freiburg 1892.
Zscharnack, L., Der Dienst der Frau in den ersten Jahrhunderten der christlichen Kirche, Göttingen 1902.

Introductio.

In hoc libello operam dedi, ut testimonia de viduis, diaconissis virginibusque sacratis ecclesiae antiquae et mediaevalis colligerem. Cum in ecclesia antiqua „viduae, χῆραι" appellarentur et eae mulieres, quae, maritis privatae, ab ecclesia alebantur, et eae, quae ministeriis diaconissarum fungebantur, quamquam saepe matrimonium omnino non inierant, omnia testimonia, quae de viduis agunt, exhibenda erant; praesertim cum usque ad nostra tempora de hac institutione ecclesiae orientalis et occidentalis haud ita dilucide disputatum sit, ut non plurima dubia remaneant multaeque quaestiones responso satis clare probato careant. Aliis enim provinciis et temporibus viduae, aliis diaconissae principatum tenebant. Locos patrum veterum, quibus sine dubio de viduis mero sensu agitur, omisi. Item praeterii plurimos canones synodorum, praecipue ecclesiae occidentalis, qui de virginibus sacratis loquuntur. Horum exhibui eos tantummodo, qui mihi demonstrare videntur in ecclesia occidentali virgines et viduas sacratas a diaconissis distinctas non fuisse.

Locos, quibus nihil nisi nomina diaconissarum memorantur (e. g. inscriptiones et epistulas S. Chrysostomi ad Olympiadem diaconam et ad Ampruclam d.), huic collectioni non inserui, spatii angustia coacta. Magnum numerum inscriptionum de diaconissis tractantium, quas collegit A. Kalsbach, imprimendum curavit O. Casel in: Jahrb. f. Liturgiewissenschaft XI (1931), p. 277 sq.

Difficillimum est constitutiones ecclesiae antiquae recto temporum ordine enumerare, quia de hac re, ut constat, magna inter doctos contentio est. Secuta sum novissimum quemque scriptorem de talibus quaestionibus disserentem.

Paucorum testimoniorum Graecorum versiones Latinae non exstant, neque antiquae neque a doctis huius aetatis compositae; hos locos ipsa in Latinum converti eosque cursive imprimendos curavi. Ubi versiones Latinae antiquae traduntur minime accurate (e. g. plurimi loci Const. apost.), ad verbum describendas neque corrigendas neque supplendas esse censui.

Locos Syriacos ab Josepho Simonio Assemano traditos Rev. D. Dr. F. Stummer, Universitatis Monacensis professor, benigne in Latinam linguam transtulit; cui pro hac opera maximas gratias ago.

Gratissima quoque mente memoro Rev. Dr. A. Kalsbach Bonnensem, qui duos locos p. 46 et 47 exhibitos et textum ex Homilia Chrysostomi sumptum (p. 16 sq.) ut libello insererem, monuit.

Non dubito, quin nonnulla testimonia me fugerint, sed velim ne nimis gravia sint.

Frisingae, mense Maio 1937.

Dr. Josephine Mayer.

Testimonia quibus de viduis diaconissis virginibusque sacratis tractatur.

A. Ecclesia catholica.

I. Ecclesia orientalis.

Rom. 16, 1—2.

1. *Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς,* 2. *ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ.*

1. Commendo autem vobis Phoeben, sororem nostram, quae est in ministerio ecclesiae, quae est in Cenchris: 2. ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis: et assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis et mihi ipsi.

I Tim. 3, 8—11.

8. *Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς,* 9. *ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει.* 10. *Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες.* 11. *Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσιν.*

8. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: 9. habentes mysterium fidei in conscientia pura. 10. Et hi autem probentur primum: et sic ministrent, nullum crimen habentes. 11. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

I Tim. 5, 3—13.

3. *Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας.* 4. *Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.* 5. *Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπι-*

3. Viduas honora, quae vere viduae sunt. 4. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere et mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram deo. 5. Quae autem vere vidua est

κεν ἐπὶ τὸν θεὸν καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσιν καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας· 6. ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκεν. 7. Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίλημπτοι ὦσιν. 8. Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. 9. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, 10. ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. 11. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσιν τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, 12. ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν· 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσιν περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.

et desolata, speret in deum et instet obsecrationibus et orationibus nocte ac die. 6. Nam quae in deliciis est, vivens mortua est. 7. Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. 8. Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior. 9. Vidua eligatur non minus LX annorum, quae fuerit unius viri uxor, 10. in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. 11. Adolescentiores autem viduas devita: cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt: 12. habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 13. Simul autem et otiosae discunt circuire domos: non solum otiosae, sed et verbosae et curiosae, loquentes quae non oportet.

Actus ap. 9, 39—41.

39. Ἀναστὰς δὲ Πέτρος[1] *συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια, ὅσα ἐποίει μετ᾽ αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς. 40. Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο, καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα εἶπεν· Ταβειθά, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξεν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισεν.*

39. Exsurgens autem Petrus venit cum illis. Et cum advenisset, duxerunt illum in coenaculum: et circumsteterunt illum omnes viduae flentes, et ostendentes ei tunicas et vestes, quas faciebat illis Dorcas. 40. Eiectis autem omnibus foras Petrus ponens genua oravit; et conversus ad corpus dixit: Tabitha, surge! At illa aperuit oculos suos et viso Petro resedit. 41. Dans autem illi manum, erexit eam. Et

[1] Discipula quaedam, Tabitha (Dorcas) nomine, mortua erat; discipuli oraverunt Petrum, ut veniret ad eam.

41. *Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν αὐτήν· φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.*

cum vocasset sanctos et viduas, assignavit eam vivam.

Canon Clementis[1] (Bar Hebraeus VII, 7, Mai p. 50).

Vidua eligatur illa, quae a multo tempore sine viro permanserit: porro etiamsi illa compressa fuerit, si non consenserit, sed in oratione et castitate perseveraverit, ordinetur constituta in gradibus altaris; et oret super caput eius episcopus sub silentio orationem convenientem. Cum autem instituta fuerit, incessanter oret.

Ignatius ad Smyrnaeos XIII, 1

(F.-Bihlmeyer I p. 110). *Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας.*

(Funk, patr. apost. I p. 287). Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus et liberis et virgines vocatas viduas[2].

Ignatius ad Polycarpum IV, 1

(F.-Bihlmeyer I p. 111). *Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο*[3].

(Funk patr. ap. I p. 291). Viduae ne neglegantur; post Dominum tu earum curator sis.

Polycarpus ad Philippenses IV, 3

(F.-Bihlmeyer I p. 116). *Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας ὅτι εἰσὶ θυσιαστήριον θεοῦ καὶ ὅτι πάντα μωμοσκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδέν.*

(Funk, Patr. apost. I p. 301, 14 sqq.). Viduas vero doceamus esse prudentes circa fidem Domini, interpellantes sine intermissione pro omnibus, longe recedentes ab omni calumnia, detrectatione, falso testimonio, avaritia et omni malo; cognoscentes, quod altare dei sint et quod ille omnia clare perspiciat nihilque eum lateat.

C. Plinius ad Traianum, ep. XCVI, 8 (Kukula p. 316).

Necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere.

---

[1] Hic canon reddit sensum capituli 37 Constitutionum ecclesiae Aegyptiacae (cf. infra p. 9). Clemens papa quartus fuit (92—101).

[2] Versio Latina saec. XIII in Anglia confecta. Cf. Funk, Patr. apost. p. LXXXVI.

[3] Cf. Polycarpus ad Philippenses VI, 1: *Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι εἰς πάντας ἐλεήμονες . . . μὴ ἀμελοῦντες χήρας ἢ ὀρφανοῦ ἢ πένητος.* De viduis egentibus agitur etiam in Vita et convers. Polycarpi cc. IV et VIII.

Canones apostolorum ecclesiastici[1], *c. I*

(Schermann I p. 13). *Κατὰ κέλευσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος συναθροισθέντων ἡμῶν*[2], *καθὼς διέταξε πρὸ τοῦ. Μέλλετε κληροῦσθαι τὰς ἐπαρχίας, καταλογίσασθαι τόπων ἀριθμούς, ἐπισκόπων ἀξίας, πρεσβυτέρων ἕδρας, διακόνων παρεδρείας, ἀναγνωστῶν νουνεχίας, χηρῶν ἀνεγκλησίας καὶ ὅσα δέοι πρὸς θεμελίωσιν ἐκκλησίας, ἵνα τύπον τῶν ἐπουρανίων εἰδότες φυλάσσωνται ἀπὸ παντὸς ἀστοχήματος, εἰδότες, ὅτι λόγον ὑφέξουσιν ἐν τῇ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως περὶ ὧν ἀκούσαντες οὐκ ἐφύλαξαν.*

(Funk, Doctrina p. 51). Cum iubente Domino nostro Jesu Christo salvatore convenissemus, sicut antea praecepit: Sorte dividetis provincias, recensebitis locorum numeros, episcoporum dignitates, presbyterorum sedes, diaconorum assessiones, lectorum prudentias, viduarum innocentias et omnia, quae ad fundandam ecclesiam opus sunt, ut formae rerum caelestium gnari caveant ab omni delicto, scientes in magna iudicii die rationem se esse reddituros de eis, quae audierunt neque servaverunt.

Canones apostolorum ecclesiastici, c. XXI

(Schermann I p. 29). 1. *Κηφᾶς εἶπεν· χῆραι καθιστανέσθωσαν τρεῖς· αἱ δύο προσμένουσαι τῇ προσευχῇ περὶ πάντων τῶν ἐν πείρᾳ καὶ πρὸς τὰς ἀποκαλύψεις περὶ οὗ ἂν δέῃ·* 2. *μία δὲ παρεδρεύουσα ταῖς ἐν ταῖς νόσοις πειραζομέναις εὐδιάκονος ᾖ, νηπτική, τὰ δέοντα ἀπαγγέλλουσα τοῖς πρεσβυτέροις, μὴ αἰσχροκερδής, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχουσα, ἵνα δύνηται νήφειν πρὸς τὰς νυκτερινὰς ὑπηρεσίας, καὶ εἴ τις ἑτέρα βούλοιτο ἐργαγαθεῖν.*

(Funk, Doctrina p. 67 sq.). 1. Cephas dicit: Viduae instituantur tres; duae perseverent in oratione pro omnibus, qui in tentatione sunt, et revelationum causa, si quae opus sunt; 2. una adsidens mulieribus morbo tentatis, bona ministra, sobria, necessaria nuntians presbyteris, non turpis lucri cupida, non multo vino dedita, ut possit vigilare in nocturnis ministeriis et si quae alia benefacere velit; etenim hi primi Domini thesauri sunt boni[3].

Canones apostolorum ecclesiastici, c. XXIV—XXVIII

(Schermann I p. 31 sqq.). XXIV. *Ἀνδρέας εἶπεν· εὔχρηστόν ἐστιν, ἀδελφοί, ταῖς γυναιξὶ διακο-*

(Funk Doctrina p. 71, 4 sqq.). XXIV. Andreas dixit: Utile est, fratres, mulieribus ministerium as-

[1] Cann. app. ecclesiastici = 'liber I der allgemeinen Kirchenordnung des 2. Jahrhunderts' secundum Schermann l. c.

[2] Apostoli Joannes, Matthaeus, Petrus, Andreas, Philippus, Simon, Jacobus, Nathanael, Thomas, Cephas, Bartholomaeus, Judas Jacobi.

[2] Bar Hebraeus VII, 7 Mai p. 50: Canon Cephae: Viduae tres constituantur, quarum duae perseverantes sint in oratione et una erga eos qui infirmi sunt.

νίαν καταστῆναι. XXV. *Πέτρος εἶπεν· ἐφθάσαμεν τάξαντες· περὶ δὲ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος ἀκριβῶς μηνύσωμεν.* XXVI. *Ἰωάννης εἶπεν· ἐπελάθεσθε, ἀδελφοί, ὅτε ᾔτησεν ὁ διδάσκαλος τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καὶ ηὐλόγησεν αὐτὰ λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμα, ὅτι οὐκ ἐπέτρεψε ταύταις συστῆναι ἡμῖν. Μάρθα εἶπεν· διὰ Μαριάμ, ὅτι εἶδεν αὐτὴν μειδιῶσαν. Μαρία εἶπεν· οὐκέτι ἐγέλασα· προέλεγε γὰρ ἡμῖν, ὅτε ἐδίδασκεν, ὅτι τὸ ἀσθενὲς διὰ τοῦ ἰσχυροῦ σωθήσεται.* XXVII. *Κηφᾶς εἶπεν· ἐνίων μέμνησθε δέ, ὅτι ταῖς γυναιξὶ μὴ ὀρθαῖς πρέπει προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς γῆς καθεζομέναις.* XXVIII. *Ἰάκωβος εἶπεν· πῶς οὖν δυνάμεθα περὶ γυναικῶν διακονίαν ὁρίσαι, εἰ μή τι διακονίαν ἵνα ἐπισχύωσι ταῖς ἐνδεομέναις;*

signare[1]. XXV. Petrus dixit: Iam statuimus; de oblatione vero corporis et sanguinis accurate commonefaciamus. XXVI. Joannes dixit: Obliti estis, fratres, quod magister, cum panem et calicem rogaret eisque benediceret dicens: Hoc est corpus meum ac sanguis, his non permisit nobiscum stare. Martha dixit: Propter Mariam, quoniam vidit eam subridentem. Maria ait: non amplius risi; praedixit enim nobis, quando docebat, fore ut infirmum per validum salvaretur. XXVII. Cephas dixit: Aliqua autem memineritis, quod mulieres non decet stando orare, sed super terram sedentes. XXVIII. Jacobus dixit: Quomodo igitur possumus de mulierum ministerio decernere, nisi ministerium, quo valeant mulieribus egenis inservire?

Clemens Alexandrinus, Paedagogus III, 12, 97

(Stählin GCS XII p. 289, 18 sqq.). *Μυρίαι δὲ ὅσαι ὑποθῆκαι εἰς πρόσωπα ἐκλεκτὰ διατείνουσαι ἐγγεγράφαται ταῖς βιβλίοις ταῖς ἁγίαις, αἱ μὲν πρεσβυτέροις, αἱ δὲ ἐπισκόποις ⟨καὶ⟩ διακόνοις, ἄλλαι χήραις* . . .

(MPG 8, 675/8). Plurima autem (alia) praescripta quae ad electas personas pertinent, in sanctis libris scripta sunt: haec quidem presbyteris, alia vero episcopis, alia diaconis, alia autem viduis.

Clemens Alexandrinus, Stromata III, 6, 53

(Stählin GCS XV p. 220, 20 sqq.). *Οὗτοι* (sc. *οἱ ἀπόστολοι*), *μὲν οἰκείως τῇ διακονίᾳ, ἀπερισπάστως τῷ κηρύγματι προσανέχοντες, οὐχ ὡς γαμετάς, ἀλλ᾽ ὡς ἀδελφὰς περιῆγον τὰς γυναῖκας συνδιακόνους ἐσομένας πρὸς τὰς οἰκουροὺς γυναῖκας, δι᾽ ὧν καὶ εἰς τὴν γυναικωνῖτιν*

(MPG 8, 1158). Sed hi quidem, ut erat consentaneum, ministerio quod divelli non poterat, praedicationi scilicet, attendentes, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant mulieres, quae una ministraturae essent apud mulieres quae domos custodiebant; per quas

[1] Bar Hebraeus VII, 7 Mai p. 50: Canon Andreae: Praeclarus usus est constituere diaconissas.

ἀδιαβλήτως παρεισεδύετο ἡ τοῦ κυρίου διδασκαλία. Ἴσμεν γὰρ καὶ ὅσα περὶ διακόνων γυναικῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ ὁ γενναῖος διατάσσεται Παῦλος.

etiam in gynaeceum absque ulla reprehensione malave suspicione ingredi posset doctrina Domini. Scimus enim quaecumque de feminis diaconis in altera ad Timotheum epistola praestantissimus doceat Paulus.

Origenes, In Isaiam Hom. VI, 3 (Baehrens GCS XXXIII p. 273, 8 sqq.).

Verum et quae constituuntur viduae in ecclesiis, „si sanctorum“ inquit [1], „pedes lavit“. Si autem vis apertius audire, quomodo „vidua lavat pedes sanctorum“, audi Paulum in alio loco constituentem viduis et dicentem: bene docentes ut pudicas efficiant adulescentulas, lavantes sordes pedum iuvencularum. Et istae viduae dignae sunt ecclesiastico honore, quaecumque sanctorum pedes lavant, sermone spiritalis doctrinae, sanctorum vero non masculorum, sed mulierum; docere enim mulieri non permitto neque principari viro. Vult esse mulieres bene docentes, ut ad castitatem suadeant non adulescentes, sed adulescentulas. Indecens quippe est, ut mulier magistra viri fiat.

Origenes Comment. in Joan. XXXII, 12

(Preuschen GCS X p. 444, 15 sqq.). *Καὶ ἡ καταλεγομένη εἰς ἐκκλησιαστικὴν τιμὴν χήρα ἐξετάζεται μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν καὶ ἐν τῷ „Εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν“. Γελοῖον γὰρ οἶμαι τυγχάνειν τὸ στῆναι ἐπὶ τοῦ ῥητοῦ καί, φέρε εἰπεῖν, τὴν ἔχουσαν πάντα τὰ χαρακτηρίζοντα τὴν ἁγίαν χήραν καὶ τούτῳ μόνῳ λείπουσαν, μὴ κατατετάχθαι εἰς ἐκκλησιαστικὴν τιμήν.*

(MPG 14, 771). Requiritur etiam a vidua, quae connumeratur in honorem ecclesiasticum, an inter alia bona sanctorum quoque pedes laverit. Nam ridiculum existimo affigi litterae, viduamque haec omnia, ut ita dicam, habentem, hacque una re carentem, non coniungi honori ecclesiastico.

Origenes, Comment. in ep. ad Rom. X, 17 (MPG 14, 1278).

Hic locus [2] apostolica auctoritate docet, etiam feminas in ministerio ecclesiae constitui [3]. In quo officio positam Phoeben apud ecclesiam, quae est in Cenchris, Paulus cum laude magna et commendatione prosequitur, enumerans etiam gesta ipsius praeclara . . . Et ideo locus

[1] Paulus, I Tim. 5, 10.

[2] Rom. 16, 1.

[3] Hunc locum P. Abaelardus dicit Claudium episcopum Taurinensem († 827) in commentario in ep. ad Rom. scripsisse (cf. P. Abaelard ed. Cousin I p. 556). Manifestum est Claudium eum ex Origene traxisse.

hic duo pariter docet, et haberi, ut diximus, feminas ministras in ecclesia, et tales debere assumi in ministerium, quae astiterint multis, et per bona officia usque ad apostolicam laudem meruerint pervenire.

Origenes, In Lucam hom. XVII (Rauer GCS XXXV p. 121, 2 sqq.).

Ab ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio sed et secundae nuptiae repellunt — neque enim episcopus nec presbyter nec diaconus nec vidua possunt esse digami.

Origenes, Περὶ εὐχῆς (De oratione) *XXVIII*, 4

(Koetschau p. 377, 17 sqq.). *Χωρὶς δὲ τούτων καθολικωτέρων ὄντων*[1] *ἔστι τις χήρας προνοουμένης ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ὀφειλὴ καὶ ἑτέρα διακόνου καὶ ἄλλη πρεσβυτέρου, καὶ ἐπισκόπου δὲ ὀφειλὴ βαρυτάτη ἐστίν, ἀπαιτουμένη ὑπὸ τοῦ τῆς ὅλης ἐκκλησίας σωτῆρος καὶ ἐκδικουμένη, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτο.*

(MPG 11, 523). Praeter haec omnia, quae magis ad universos pertinent, est aliquod debitum viduae, cuius ecclesia curam gerit; item aliud diaconi, aliud presbyteri; episcopi denique gravissimum est, quod ni reddatur, iudicio repetet totius ecclesiae salvator.

Constitutiones ecclesiae Aegyptiacae[2] *c. 37, 1—6* (Schermann I p. 52 sq.).

1. Si vidua constituitur, non ordinetur, sed nominatim eligatur. 2. Quodsi maritus multo tempore ante mortuus est, constituatur. 3. Sin autem non multum tempus praeterfluxit, postquam maritus mortuus est, ne confidas ei. 4. Sed etiamsi aetate provecta est, tempore probetur; saepe enim perturbationes ipsae consenescunt cum eo qui eis in se locum dat. 5. Vidua verbo tantum constituatur et cum reliquis uniatur, nec vero manus ei imponatur, quia non oblationem offert neque liturgiam facit. 6. Ordinatio fit in clero propter liturgiam. Vidua autem constituatur propter orationem, quae omnibus est communis.

---

[1] O. locutus est de debitis omnium catholicorum erga ceteros cives, erga parentes et cognatos, in se ipsos, in deum.

[2] Ex versione coptica a F. X. Funk in Latinam linguam versae (F. II p. XXIV). Schermann versionem Funkianam cum versione Anglica Horneri comparavit et ita emendatam praebet (Sch. I p. 10). Sch. putat Constitutiones eccl. Aegypt. esse = Ecclesiasticam traditionem Clementis = Lib. II (31—64) eius operis quod nominat „Allgemeine Kirchenordnung d. 2. Jh." (l. c. I p. 35). Plurimi docti recentioris aetatis censent eas compositas esse ab Hippolyto Romano († 235) et receptas paulumque dilatatas ab Aegyptiis. Versionem copticam vide in: H. Connolly, The so-called Egypt. Church Order and derived Documents, Cambridge 1916 et: H. Tattam, The Apostolical Constitutions or Canons of the Apostles in Coptic, 1848.

Constitutiones ecclesiae Aegyptiacae c. 38 (Schermann I p. 53).

Virgini manus non imponatur, sed voluntas sola eam virginem facit.

Constitutiones ecclesiae Aegyptiacae c. 47, 1 (Schermann I p. 79).

Viduae et virgines saepe ieiunent et in ecclesia orent [1].

Cornelius papa [2] ad Fabium episcopum Antiochenum: Eusebius, Hist. eccl. VI, 43, 11

(Schwartz GCS IX 2 p. 618, 13 sqq.). *Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου [3] οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ [4], ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ, διακόνους ἑπτά, ὑποδιακόνους ἑπτά, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει [5].*

(MPG 20, 622). Ergo ille evangelii vindex ignorabat unum episcopum esse oportere in ecclesia catholica. In qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire potuisset?) presbyteros quidem esse 44, 7 autem diaconos totidemque subdiaconos, acoluthos 42, exorcistas et lectores cum ostiariis 52, viduas denique cum infirmis et egentibus plus quam mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas dei alimenta suppeditat.

Concilium Nicaenum I [6] c. 19 [7]

(Mansi II 676 sq.). *Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος· εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθ-*

(Mansi II 675/8). De Paulianistis, qui deinde ad ecclesiam confugerunt, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore praeterito in clericorum numero erant, si quidem a culpa et reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur a catholicae ecclesiae episcopo. Si vero exami-

[1] Hunc locum Graece scriptum Funk invenit in aliquo cod. Vindobonensi (cf. Funk II p. 112 adn.): *Χῆραι καὶ παρθένοι πολλάκις νηστευέτωσαν καὶ εὐχέσθωσαν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας.*

[2] 251—253.

[3] Hoc nomine Novatus illuditur.

[4] = eccl. urbis Romae.

[5] Ad hunc locum cf. A. v. Harnack, Mission u. Ausbreitung II [4] (1924) 860 sqq.

[6] a. 325.

[7] De hoc canone minime dilucido multum dissertum est; cf. Kalsbach (Bibliographia supra p. VIII).

ολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὑρίσκοι, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. Ἐμνήσθημεν δὲ διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

natio eos non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autem et de diaconissis et omnino de omnibus, qui inter clericos annumerantur, eadem forma servabitur. Diaconissarum autem meminimus quae in habitu quidem censentur, quoniam nec ullam habent manuum impositionem, ut omnino inter laicos ipsae connumerentur.

Concilium Laodicenum[1] *c. 11*

(Mansi II 566). *Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι*[2].

(Mansi II, 565). Non oportet eas, quae dicuntur presbyterae et praesidentes, in ecclesiis constitui.

De S. Euthymio abbate (L. Surius, De probatis Sanctorum historiis, Col. Agrippinae 1570, I p. 454).

Otreius[3], qui Melitenensi praeerat ecclesiae . . . matrem Dionysiam, ut quae divinis vacaret assidue, diaconissam ordinat suae ecclesiae.

Epiphanius Adv. haer. [l. III t. II] 79, 3

(Holl GCS XXXVII p. 478). *Καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν τάγμα ἐστὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ⟨δῆλον⟩, ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν οὐδέ τι ἐπιχειρεῖν ἐπιτρέπεται, ἕνεκεν δὲ σεμνότητος τοῦ γυναικείου γένους ἢ δι' ὥραν λουτροῦ ἢ ἐπισκέψεως πάθους ἢ πόνου καὶ ὅτε γυμνωθείη σῶμα γυναίου, ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερουργούντων θεαθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διακονούσης, ἣ ἐπιτάσσεται ἀπὸ τοῦ ἱερέως ἐπιμελεῖσθαι πρὸς τὴν ὥραν τῆς ἐπι-*

(MPG 42, 743/46). Quamquam vero diaconissarum in ecclesia ordo sit, non tamen ad sacerdotii functionem aut ullam eiusmodi administrationem institutus est, sed ut muliebris sexus honestati consulatur, sive ut baptismi tempore adsit, sive ut inspiciat si quid passa sit aut molestiae pertulerit, sive ut cum nudandum est mulieris corpus, interveniat: ne virorum qui sacris operantur, aspectui sit ex-

---

[1] Intra annos 343—381.

[2] Bar-Hebraeus, Nomocanon Cap. VII, sect. 7 refert hunc canonem sic: In ecclesia ordinari non oportet eas, quae dicuntur presbyterae seu praesidentes. Mai, p. 51.

[3] Circa annum 378 episcopus Melitenensis in Armenia II.

δεομένης γυναικὸς ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τοῦ σώματος αὐτῆς γυμνώσεως.

posita, sed a sola diaconissa videatur; quae sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur.

Epiphanius, Adv. haer. [l. III t. II] 79, 4

(Holl GCS XXXVII p. 478). *Παρατηρητέον δὲ ὅτι ἄχρι διακονισσῶν μόνον τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπεδεήθη τάγμα, χήρας τε ὠνόμασε καὶ τούτων τὰς ἔτι γραοτέρας πρεσβύτιδας, οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίδας ἢ ἱερίσσας προσέταξε.*

(MPG 42, 746). Illud vero diligenter observandum est, solum diaconissarum officium ad ecclesiasticum ordinem necessarium fuisse; ac viduas quidem nominatim expressas, et inter illas, quae anus essent, presbytidas vocatas, numquam presbyteridas aut sacerdotissas esse factas.

Epistola Epiphanii missa ad Johannem episcopum a s. Hieronymo translata (= Hieronymus ep. 51) (Hilberg CSEL LIV p. 398, 12 sqq.).

c. 2. Numquam autem ego ordinavi diaconissas et ad alienas misi provincias neque feci quidquam, ut ecclesiam scinderem.

Pseudo-Clemens, Homilia XI, 36

(Lagarde p. 120, 18 sqq.). *Μαροόνην τὸν ἀποδεξάμενον αὐτόν, ἤδη λοιπὸν τέλειον ὄντα, ἐπίσκοπον καταστήσας* [1] *καὶ πρεσβυτέρους* 12 *ὁρίσας καὶ διακόνους δείξας καὶ χηρικά συστησάμενος ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ ἢ συμφέροντος τῆς ἐκκλησίας τὴν τάξιν προσομιλήσας καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Μαροόνῃ πείθεσθαι συμβουλεύσας, ἤδη τριῶν μηνῶν πληρωθέντων τοῖς ἐν Τριπόλει τῆς Φοινίκης ἀποταξάμενος τὴν ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐπορεύετο ὁδόν.*

(MPG 2, 302). Cumque Maronem hospitem suum, iam omnino perfectum, in episcopum constituisset, 12 presbyteros designasset, fecisset diaconos, quae ad ordinem viduarum pertinent, statuisset, pro communi bono ac de eo quod ecclesiae ordini conducebat, esset collocutus, et consilium dedisset ut episcopo Maroni obedirent, iam tribus mensibus completis, vale dixit Tripolitanis Phoeniciae et iter versus Antiochiam Syriae ingressus est.

Ps.-Clemens, Recognitiones VI, 15 (MPG 1, 1356).

Ipse [2] eos qui fidem Domini plene receperant, deducens ad fontes quos mari contiguos supra diximus baptizavit, et eucharistiam frangens cum eis, Maronem qui eum hospitio receperat, perfectum iam in

[1] scil. Petrus.

[2] Petrus.

omnibus constituit eis episcopum et duodecim cum eo presbyteros, simulque diaconos ordinat. Instituit etiam ordinem viduarum atque omnia ecclesiae ministeria disponit, universosque admonet Maroni episcopo in omnibus quae praeciperet, obedire. Et ita cunctis competenter dispositis, cum trium mensium tempus fuisset expletum, valedicentes his qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiscimur.

Basilius ep. 199 [1] *c. 18*

(Deferrari p. 104—108). *Περὶ τῶν ἐκπεσουσῶν παρθένων τῶν καθομολογησαμένων τὸν ἐν σεμνότητι βίον τῷ Κυρίῳ, εἶτα διὰ τὸ ὑποπεσεῖν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἀθετουσῶν τὰς ἑαυτῶν συνθήκας, οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν ἁπλῶς καὶ πρᾴως συμπεριφερόμενοι ταῖς ἀσθενείαις τῶν κατολισθαινόντων, ἐνομοθέτησαν δεκτὰς εἶναι μετὰ τὸν ἐνιαυτόν, καθ' ὁμοιότητα τῶν διγάμων διαταξάμενοι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι προϊοῦσα ἡ ἐκκλησία κραταιοτέρα γίνεται καὶ πληθύνεται νῦν τὸ τάγμα τῶν παρθένων, προσέχειν ἀκριβῶς τῷ τε κατ' ἔννοιαν φαινομένῳ πράγματι καὶ τῇ τῆς Γραφῆς διανοίᾳ ἣν δυνατὸν ἐξευρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου. Χηρεία γὰρ παρθενίας ἐλάττων· οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν χηρῶν ἁμάρτημα πολλῷ δεύτερόν ἐστι τοῦ τῶν παρθένων. Ἴδωμεν τοίνυν τί γέγραπται Τιμοθέῳ παρὰ τοῦ Παύλου· ,,νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν"* [2]. *Εἰ τοίνυν χήρα κρίματι ὑπόκειται βαρυτάτῳ, ὡς τὴν εἰς Χριστὸν ἀθετήσασα πίστιν, τί χρὴ λογίζεσθαι ἡμᾶς περὶ τῆς παρθένου, ἥτις νύμφη ἐστὶ τοῦ*

(MPG 32, 718 sq.). De lapsis virginibus, quae vitam castam professae Domino, deinde carnis libidinibus victae, pacta sua irrita faciunt, patres quidem nostri, cum simplicitei ac leniter sese ad eorum qui labuntur infirmitatem accommodarent, censuerunt ipsas post annum admitti posse, de illis ad similitudinem digamorum diiudicantes. Verum mihi quidem videtur, quoniam dei dono progrediens ecclesia fit fortior, ac nunc multiplicatur ordo virginum, diligenter considerandam esse et rem ipsam prout consideranti manifesta est, et Scripturae sententiam quae ex consecutione inveniri potest. Viduitas enim virginitati inferior; ergo et viduarum delictum longe minus quam virginum. Videamus ergo quid ad Timotheum a Paulo scriptum sit: ,,Iuniores autem viduas devita. Postquam enim lascivierunt adversum Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem irritam fecerunt." Itaque si vidua iudicio subicitur gravissimo, ut quae fidem in Christum irritam fecerit, quid nobis putandum de virgine, quae sponsa est Christi et sacrum

[1] Scripta a. 375 (cf. Deferrari l. c. p. 103 adn.).
[2] I Tim. 5, 11.

Χριστοῦ, καὶ σκεῦος ἱερὸν ἀνατεθὲν τῷ Δεσπότῃ; μέγα μὲν ἁμάρτημα καὶ δούλην λαθραίοις γάμοις ἑαυτὴν ἐπιδιδοῦσαν φθορᾶς ἀναπλῆσαι τὸν οἶκον, καὶ καθυβρίζειν διὰ τοῦ πονηροῦ βίου τὸν κεκτημένον· πολλῷ δὲ δήπου χαλεπώτερον τὴν νύμφην μοιχαλίδα γενέσθαι καί, τὴν πρὸς τὸν νυμφίον ἕνωσιν ἀτιμάσασαν, ἡδοναῖς ἀκολάστοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦναι. Οὐκοῦν ἡ μὲν χήρα, ὡς δούλη διεφθαρμένη, καταδικάζεται, ἡ δὲ παρθένος τῷ κρίματι τῆς μοιχαλίδος ὑπόκειται. Ὥσπερ οὖν τὸν ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ συνιόντα μοιχὸν ὀνομάζομεν, οὐ πρότερον παραδεξάμενοι εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἢ παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας, οὕτω δῆλον ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν παρθένον ἔχοντος διατεθησόμεθα. Ἐκεῖνο δὲ νῦν προδιομολογεῖσθαι ἡμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι παρθένος ὀνομάζεται ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα. Τὰς δὲ ὁμολογίας τότε ἐγκρίνομεν, ἀφ' οὗπερ ἂν ἡ ἡλικία τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν ἔχῃ. Οὐδὲ γὰρ τὰς παιδικὰς φωνὰς πάντως κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν ὑπὲρ τὰ δέκα ἓξ ἢ δέκα καὶ ἑπτὰ γενομένην ἔτη κυρίαν οὖσαν τῶν λογισμῶν ἀνακριθεῖσαν ἐπὶ πλεῖον εἶτα παραμείνασαν, καὶ λιπαροῦσαν διὰ ἱκεσιῶν πρὸς τὸ παραδεχθῆναι, τότε ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κυροῦν, καὶ τὴν ἀθέτησιν αὐτῆς ἀπαραιτήτως κολάζειν.

vas Domino dedicatum? Magnum quidem est peccatum, vel ancillam clandestinis matrimoniis sese dantem, stupro domum implere et deteriore vita iniuriam possessori facere: longe autem gravius est sponsam fieri adulteram, ac suae cum sponso coniunctioni dedecus ferentem, impudicis voluptatibus se dedere. Proinde vidua quidem, ut corrupta ancilla condemnatur; virgo vero adulterae iudicio subiicitur. Quemadmodum igitur eum, qui cum aliena est muliere, adulterum nominamus, non prius admittentes ad communionem quam a peccato cessaverit, ita profecto et de eo, qui virginem habet, statuemus. Illud autem nunc in antecessum statuere nobis necesse est, virginem vocari quae se sua sponte obtulit Domino, ac nuntium nuptiis remisit, et sanctimoniae institutum amplexa est. Professiones autem ab eo tempore admittimus, quo aetas rationis complementum habuerit. Neque enim pueriles voces omnino ratas in eiusmodi rebus habere convenit, sed quae supra sedecim vel septendecim annos nata ratiocinationum suarum arbitra, diu examinata ac probata, deinceps perseveraverit, et ut admittatur constanter rogaverit, tum demum inter virgines referenda, eiusque rata habenda professio, ac illius violatio inexorabiliter punienda.

Basilius ep. 199, c. 24

(Deferrari p. 116). *Χήραν, τὴν καταλεγεῖσαν εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν*

(MPG 32, 723). Viduam quae in viduarum numero relata est, hoc

χηρῶν, τουτέστι τὴν διακονουμένην ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἔκρινεν ὁ ἀπόστολος γαμουμένην παρορᾶσθαι. Ἀνδρὶ δὲ χηρεύσαντι οὐδεὶς ἐπίκειται νόμος, ἀλλ' ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον. Ἡ μέντοι χήρα, ἑξηκονταέτης γεγονυῖα, ἐὰν ἕληται πάλιν ἀνδρὶ συνοικεῖν, οὐ καταξιωθήσεται τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας, ἕως ἂν τοῦ πάθους τῆς ἀκαθαρσίας παύσηται. Ἐὰν μέντοι πρὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἀριθμήσωμεν αὐτήν, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ γυναίου [1].

est, quae ab ecclesia alitur, iudicavit apostolus nubentem contemni debere. Viro autem viduo lex imposita non est, sed tali sufficit poena digamorum. Porro vidua LX annos nata, si rursus una cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis vitio destiterit. Sed si ante LX annos eam ascripserimus, nostra est, non mulieris culpa.

Basilius ep. 199, c. 44

(Deferrari p. 130). *Ἡ διάκονος ἡ τῷ Ἕλληνι συμπορνεύσασα δεκτή ἐστιν εἰς μετάνοιαν, εἰς δὲ τὴν προσφορὰν δεχθήσεται τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, δηλονότι, ἐν ἁγνείᾳ ζῶσα. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πίστιν Ἕλλην πάλιν τῇ ἱεροσυλίᾳ προσιών, ἐπὶ τὸν ἔμετον ὑποστρέφει. Ἡμεῖς δὲ τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένον, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ.*

(MPG 32, 730). Diaconissa, quae cum Graeco fornicata est, ad poenitentiam admittenda est: ad oblationem vero admittetur anno septimo, si videlicet in castitate vitam agat. Graecus autem qui post fidem receptam rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum revertitur. Nos porro diaconissae corpus, utpote consecratum, non amplius permittimus in usu esse carnali.

Gregorius Nyssenus [2], *De vita S. Macrinae*

(MPG 46, 988) [3]. *Καὶ ἦν τις προτεταγμένη τοῦ χοροῦ τῶν παρθένων ἐν τῷ τῆς διακονίας βαθμῷ, Λαμπαδία ὄνομα αὐτῇ.*

(MPG 46, 987). Erat quaedam praefecta virginum choro in ministerii gradu, nomine Lampadia.

Codex Theodosianus IX, XXV, 2 [4] (Mommsen-Meyer p. 478 sq.).

Si quis non dicam rapere, sed vel attemptare matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel viduas ausus fuerit, capitali sententia ferietur.

---

[1] Cf. Bar-Hebraeus, Mai p. 51: Vidua, quae connumerata est inter illas, quae praesident in ecclesia, quando matrimonio copulatur, reiiciatur (Basilii Magni c.).

[2] † ca. 394.

[3] Cf. l. c. col. 992.

[4] a. 364.

Aetheriae peregrinatio ad loca sancta[1] *XXIII, 2—3* (W. Heraeus, Heidelberg 1908, p. 27).

2. Et quoniam inde ad sanctam Teclam, qui locus est ultra civitatem[2] in colle sed plano, habebat de civitate forsitan mille quingentos passus, malui ergo perexire illuc, ut stativa, quam factura eram, ibi facerem. Ibi autem ad sanctam ecclesiam nichil aliud est nisi monasteria sine numero virorum ac mulierum. 3. Nam inveni ibi aliquam amicissimam michi, et cui omnes in oriente testimonium ferebant vitae ipsius, sancta diaconissa nomine Marthana, quam ego aput Jerusolimam noveram, ubi illa gratia orationis ascenderat; haec autem monasteria aputactitum seu virginum regebat. Quae me cum vidisset, quod gaudium illius vel meum esse potuerit, nunquid vel scribere possum?

Codex Theodosianus XVI, II, 27[3] (Mommsen-Meyer p. 843).

Nulla nisi emensis LX annis, cui votiva domi proles sit, secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. Tum filiis suis, curatore, si id aetas poscit, petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda committat, ipsa tantum praediorum suorum reditus consequatur, de quibus servandi abalienandi donandi distrahendi relinquendi vel quoad superest vel cum in fata concedit et libera ei voluntas est, integra sit potestas. Nihil de monilibus et superlectili, nihil de auro argento ceterisque clarae domus insignibus sub religionis defensione consumat, sed universa integra in liberos proximosve vel in quoscumque alios arbitrii sui existimatione transscribat, ac si quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat heredes[4].

Joh. Chrysostomus, Homilia in illud: Vidua eligatur (I Tim. 5, 9)[5]

(MPG 51, 323). *Καθάπερ γάρ εἰσι παρθένων χοροί, οὕτω καὶ χηρῶν τὸ παλαιὸν ἦσαν χοροί, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐταῖς ἁπλῶς εἰς τὰς χήρας ἐγγράφεσθαι. Οὐ περὶ ἐκείνης οὖν λέγει* (sc. *ὁ Παῦλος*) *τῆς ἐν πενίᾳ ζώσης*

(MPG 51, 323). Nam quemadmodum chori sunt virginum, sic et olim erant viduarum chori, neque passim licebat illis in numerum viduarum referri. Non igitur de illa sermo est, quae premitur egestate

[1] Aetheria hunc libellum intra annos 381 et 388 conscripsit.

[2] Seleucia Hisauriae.

[3] a. 390.

[4] Sozemenos, Hist. eccl. VII, 16: *Συμβάλλω καὶ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα . . . νομοτεθῆσαι τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ παῖδας ἔχοιεν καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο διακονίαν θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι* (Soz. ed. Hussey [Oxonii 1860] II p. 728).

[5] Hunc locum ut libello insererem, monuit Dr. A. Kalsbach.

καὶ δεομένης βοηθείας, ἀλλὰ περὶ ταύτης τῆς ἑλομένης χηρείαν [1].

(Col. 325). *Ἡ γὰρ χηρεία διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστι. Τί ποτέ ἐστι διπλοῦν; Ἔργων ἐπίδειξις ἀγαθῶν, καὶ τιμῆς ὑπεροχὴ μεγίστης. Καθάπερ οὖν καὶ ἡ ἀρχὴ διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστιν· ἔχει γὰρ καὶ ἔργα καὶ ἀξίωμα· ἀξίωμα μὲν ἀρχῆς ἡ ἐξουσία καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν θεραπεία, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἄρχοντα· ἔργα δὲ ἀρχῆς τὸ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, κωλύειν τοὺς ἀδικοῦντας, προεστάναι τῶν πόλεων, διανυκτερεύειν ἐν ταῖς κοιναῖς τῶν πραγμάτων φροντίσι, καὶ μυρία ἕτερα· οὕτω καὶ ἡ χηρεία καὶ ἀξίωμά ἐστι καὶ ἔργον· ἀξίωμά ἐστιν αὐτὸ τὸ χήρα εἶναι, μέγιστον ὄν . . . ἔργον ἐστὶ τὸ μὴ δεύτερον ἐπεισάγειν ἄνδρα, ἀλλ' ἀρκεσθῆναι τῷ προτέρῳ, τὸ τεκνοτροφῆσαι, τὸ ξενοδοχῆσαι, τὸ ἁγίων πόδας νίψαι, τὸ θλιβομένοις ἐπαρκέσαι, τὸ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπακολουθῆσαι. Ὁ τοίνυν Παῦλος, περὶ αὐτῶν διαλεγόμενος, τὰ μὲν ἔργα τῆς χήρας ἀφίησιν αὐτὴν πάντα ἐπιτελεῖν· εἰς δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς χήρας καὶ τὸν χορὸν καὶ τὴν τάξιν οὐκ ἀφίησιν αὐτὴν εἰσελθεῖν, ἕως ἂν ἑξηκοστὸν ἔτος παρέλθῃ, μονονουχὶ λέγων· Ποιείτω μὲν τὰ τῆς χήρας ἔργα, τῆς δὲ τιμῆς ἀξιούσθω τότε, ὅταν πάντα ἐπιδειξαμένη καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου λοιπὸν ἀσφάλειαν ἔχῃ, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν καὶ τὴν ἔξωθεν μαρτυρίαν.*

atque auxilio indiget, sed de ista, quae viduitatem elegit.

(Col. 325). Est enim res quaedam duplex viduitas. Quid hoc est tandem duplex? Bonorum operum specimen et honoris summi fastigium. Ut igitur est etiam res quaedam duplex magistratus: habet enim et opera et dignitatem; dignitas quidem magistratus est potestas et cultus, qui a vulgo exhibetur, et ipsum esse magistratum; opera vero magistratus sunt iniuria affectis succurrere, inferentes iniuriam compescere, urbibus praeesse, in communibus reipublicae curis excubando pernoctare, et reliqua innumera: sic et viduitas et dignitas est et opus; maxima dignitas est viduam esse . . . opus est secundum maritum sibi non adsciscere, sed priori esse contentam, filios educare, hospitio recipere, pedes sanctorum lavare, tribulationem patientibus subministrare, omne opus bonum sectari. Itaque Paulus de illis loquens opera quidem omnia viduae sinit illam perficere: ad dignitatem autem viduae ac coetum et ordinem illam provehi non sinit, donec sexagesimus annus praeterierit, quasi dicat: opera quidem viduae faciat, dignitatem vero tum obtineat, cum his omnibus perfectis securitatem beneficio temporis assequuta fuerit, et ex operibus demonstrationem ac testimonium externum.

[1] Exinde Chrys. exponit, quibus de causis vidua ante 60. annum eligenda non sit.

Chrysostomus, Hom. XI in ep. I ad Tim. 3, 11 (MPG 62, 553).

Γυναῖκας ὡσαύτως, διακόνους φησί, σεμνάς, μὴ διλόγους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι. Τινὲς ἁπλῶς περὶ γυναικῶν εἰρῆσθαι τοῦτο φασιν· οὐκ ἔστι δέ· τί γὰρ ἐβούλετο μεταξὺ τῶν εἰρημένων παρεμβαλεῖν τι περὶ γυναικῶν; ἀλλὰ περὶ τῶν τὸ ἀξίωμα τῆς διακονίας ἐχουσῶν λέγει.

Mulieres similiter ministras seu diaconissas dicit pudicas, non bilingues, sobrias, fideles in omnibus. Quidam volunt hoc de mulieribus simpliciter dici, sed non ita res se habet; quid enim sibi vellet, si inter haec dicta de mulieribus omnibus inseret? Sed hic loquitur de iis quae in diaconissarum dignitatem adlectae fuerant.

Rabulas Edessenus[1] (Pinius V § 22).

Monachi absque presbytero et moniales absque diaconissa ne pergant ad synaxes; ut enim presbyter monachis ita et diaconissa monialibus praeest in divinis officiis.

Didascalia et Constitutiones apostolorum.

Didascalia apostolorum composita est saeculo III. e. in Syria. Constitutiones apostolorum saeculo IV. e. vel V. i. Graece conscriptae et in multas alias linguas versae sunt (cf. Funk I p. XV sqq.). Constitutionum librorum I—VI fons Didascalia est, libri VII. Didache (antiquissimus secundum novum testamentum liber ecclesiae christianae [ca. 80—100]), libri VIII. Constitutiones ecclesiae Aegyptiacae (cf. supra p. 9 sq.). Etsi liber ille plus quam centum annis prius ortus est quam hic, textus alterius iuxta alterum posui, quo melius comparari possint. Ubi Didascalia ne memoravit quidem materiam in Constitutionibus (I—VI) tractatam, ipsa textum Graecum in Latinam linguam verti et cursive imprimendum curavi. Sed particulas tantum textus Graeci, quas Didascalia omisit, neque ego Latine reddo, ne textum corrumpam. Libri VIII. translationem Funkianam suscepi.

Constitutiones apost. II, 26, 3

(Funk I p. 103, 18—105, 1). *Οὗτοι γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς· οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ λευῖται ὑμῶν οἱ νῦν διάκονοι καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες ὑμῖν καὶ οἱ ᾠδοὶ καὶ οἱ πυλωροί, αἱ διάκονοι ὑμῶν καὶ αἱ χῆραι καὶ αἱ παρθένοι καὶ αἱ ὀρφανοὶ ὑμῶν.*

Isti enim primi sacerdotes vestri; sacerdotes maiores natu et levitae vestri qui nunc sunt diaconi, et lectores vestri et cantores vestri et ostiarii, diaconissae vestrae et viduae et virgines et orphani vestri.

[1] † 435.

Didascalia apost.[1] *II, 26, 5—8* (Funk I p. 104, 6 sqq.).

5. Diaconus autem in typum Christi adstat; ergo diligatur a vobis. 6. Diaconissa in typum sancti spiritus honoretur a vobis. 7. Presbyteri etiam in typum apostolorum spectentur a vobis. 8. Viduae et orphani in typum altaris putentur autem a vobis.

Const. apost. II, 26, 5—8 (Funk I p. 105, 12 sqq.).

5. *Ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί* . . . (15 sqq.). 6. *Ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα ἢ φθεγγομένη* . . . (21 sq.). 7. *Οἵ τε πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἡμῶν τῶν ἀποστόλων ὑμῖν νενομίσθωσαν* . . . (26 sqq.). 8. *Αἵ τε χῆραι καὶ οἱ ὀρφανοὶ εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν.*

Const. apost. II, 57, 10

(Funk I p. 163, 8 sqq.). 10. *Στηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν φυλάσσοντες αὐτάς, αἱ δὲ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν.*

Stent ostiarii ad portas virorum custodientes eas, diaconissae autem ad portas mulierum.

Const. apost. II, 57, 12

(Funk I p. 165, 7 sqq.). *Αἱ παρθένοι δὲ καὶ αἱ χῆραι καὶ αἱ πρεσβύτιδες πρῶται πασῶν στηκέτωσαν ἢ καθεζέσθωσαν.*

Virgines et viduae et anus primae omnium stent vel sedeant.

Const. apost. II, 58, 6

(Funk I p. 171, 3 sq.). *Τὸ δ' αὐτὸ*[2] *ποιείτω καὶ ἡ διάκονος ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξὶν πτωχαῖς ἤτοι πλουσίαις.*

Idem faciat diaconissa mulieribus advenientibus, sive egenis sive divitibus.

Didascalia apost. III, 1, 1—2 (Funk I p. 182, 1 sqq.).

1. Viduas autem constituite eas, quae non sunt minores sexaginta annis, ut quodammodo propter

Const. apost. III, 1, 1—2 (Funk I p. 183, 3 sqq.).

1. „*Χήρας δὲ καθιστᾶτε μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα*“, *ἵνα τρόπῳ τινὶ τὸ τῆς διγαμίας αὐτῶν ἀνύποπτον*

---

[1] A Funk e textu Syriaco in Latinam linguam versa (cf. Funk l. c. p. IX). Textum Syriacum vide: H. Connolly, Didascalia apostolorum, Oxford 1929; P. de Lagarde, Leipzig 1854 et 1911 (iterum typis mand.).

[2] Idem ac diaconi, qui admonentur, ut locum faciant peregrinis advenientibus.

aetatem longe absint a suspicione se futuras esse duorum virorum. 2. Si iuniorem constitueritis in loco viduarum eaque non ferens viduitatem propter iuventutem nupserit, ignominiam afferet gloriae viduitatis.

βέβαιον ὑμῖν διὰ τῆς ἡλικίας ὑπάρχῃ. 2. Εἰ δὲ νεωτέραν καταστήσητε εἰς τὸ χηρικὸν καὶ μὴ φέρουσα τὴν ἐν νεότητι χηρείαν γαμηθῇ, ἀπρέπειαν ἐμποιήσει τῇ δόξῃ τοῦ χηρικοῦ.

Didascalia apost. III, 2, 1
(Funk I p. 184, 9 sqq.).

Iuniores vero viduae in loco viduarum ne instituantur, sed adiuventur ac subleventur, ne ratione inopiae secundas nuptias facere cupiant et exoriatur negotium offensionis.

Const. apost. III, 2, 1
(Funk I p. 185, 14 sqq.).

Αἱ δὲ νεώτεραι χῆραι εἰς χηρικὸν μὲν μὴ ἐντασσέσθωσαν, μήποτε προφάσει τοῦ μὴ δύνασθαι κρατεῖν τῆς ἀκμῆς ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι ἐν πράγματι γένωνται· ἐπικουρείσθωσαν δὲ καὶ βοηθείσθωσαν, ἵνα μὴ προφάσει τοῦ λείπεσθαι ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι ἐν πράγματι ἀπρεπεῖ ἐνσχεθῶσιν.

Didascalia apost. III, 5, 1
(Funk I p. 188, 3 sqq.).

Omnis vero vidua debet esse mitis et pacata et quieta et malitiae et irae expers neque garrula nec clamosa nec volubilis linguae nec litium amans, et si quid turpe fieri viderit vel audierit, esto quasi non videns et quasi non audiens.

Const. apost. III, 5, 1
(Funk I p. 189, 14 sqq.).

Ὑπαρχέτω δὲ πᾶσα χήρα πραεῖα, ἥσυχος, ἐπιεικής, ἄκακος, ἀόργητος, μὴ πολύλαλος, μὴ κραύγασος, μὴ πρόγλωσσος, μὴ κατάλαλος, μὴ λεξίθηρος, μὴ δισσόλογος, μὴ φιλοπράγμων· βλέπουσά τι σκολιὸν ἢ καὶ ἀκούουσα γινόμενον, ἔστω ὡς μὴ βλέπουσα καὶ ὡς μὴ ἀκούουσα ὑπαρχέτω [1].

Didascalia apost. III, 5, 2—5
(Funk I p. 188, 6 sqq.).

2. Nihil autem aliud curet vidua nisi orare pro dantibus et pro tota ecclesia. 3. Ab aliquo quidpiam interrogata ne protinus respondeat praeterquam de iustitia solum ac de fide in deum; atque eos, qui

Const. apost. III, 5, 2—4
(Funk I p. 189, 18 sqq.).

2. *Καὶ μηδὲν ἕτερον τῇ χήρᾳ μελέτω, εἰ μὴ τὸ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας.* 3. *Ἐπερωτωμένη δέ τι ὑπό τινος, μὴ ῥᾳδίως ἀποκρινέσθω, πλὴν ὅσα περὶ πίστεως καὶ δικαιοσύνης*

[1] Cf. Const. ap. III, 3, 1 (Funk I p. 187, 7 sqq.) et III, 7, 7 (Funk, l. c. p. 197), ubi aliae virtutes a viduis postulantur. Similiter Const. ap. III, 8, 1—3 (infra p. 22).

catechizari volunt, ad praepositos mittat eisque, qui eam interrogant, det responsum solum. 4. De dissolutione idolorum et quod nisi unus deus est, et de tormento et de requie et de regno nominis Christi et de eius dispensatione non debet loqui vidua nec laicus; cum enim loquuntur doctrinam nescientes, verbo infamiam afferunt. 5. Ideo Dominus noster in evangelio dixit viduis ac laicis omnibus: Ne mittatis margaritas vestras ante porcos. . . .

καὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος, ἀποστέλλουσα τοῖς ἡγουμένοις τοὺς θέλοντας κατηχεῖσθαι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα. 4. Μόνα δὲ ἀποκρινέσθω τὰ περὶ ἀνατροπῆς πολυθέου πλάνης, ἀποδεικνύουσα τὸν περὶ μοναρχίας θεοῦ λόγον· περὶ δὲ τῶν ἑξῆς προπετῶς τι μὴ ἀποκρινέσθω, ὅπως μή τι ἀμαθῶς φθεγξαμένη βλασφημίαν προστρίψῃ τῷ λόγῳ.

Didascalia apost. III, 6, 1—2 (Funk I p. 190, 8 sqq.).

1. Non decet ergo neque necessarium est, ut mulieres doceant, et praesertim de nomine Christi et de redemptione passionis eius. 2. Nam non ad hoc estis constitutae, ut doceatis, o mulieres, ac maxime viduae, sed ut oretis ac rogetis Dominum deum.

Didascalia apost. III, 6, 3—4 (Funk I p. 190, 17 sqq.).

3. Sciat autem vidua se altare dei esse, et in domo sua sedeat perpetuo, neque aberret neque vagetur in domibus fidelium, ut accipiat; numquam enim altare dei alicubi aberrat nec vagatur, sed in uno loco fixum est. 4. Vidua ergo non debet aberrare nec vagari inter domos.

Didascalia apost. III, 7, 2 (Funk I p. 192, 21 sq.).

Quae talis (sc. loquax, impudica) ergo est vidua, non est conligata altari Christi.

Const. apost. III, 7, 2 (Funk I p. 193, 18 sq.).

2. *Αἱ τοιαῦται* (sc. *κατάλαλοι, ἀναιδεῖς*) *οὖν χῆραι οὐ προσήρτηνται τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ.*

Didascalia apost. III, 7, 4 (Funk I p. 194, 4 sqq.).

Illa enim (sc. vidua) quae ad circumeundum iam instituta est, ad opus spiritale non recte sentit, servit autem mammonae, id est lucro, deo vero placere non potest nec ministeriis eius abunde oboedire poterit, quoniam voluntas eius circum multa occupatur et ad lucrum magis festinat.

Didascalia apost. III, 8, 1—3
(Funk I p. 196, 17—198, 9).

1. Sinceras ergo oportet esse viduas, subditas episcopis et diaconis et reverentes et trementes et metuentes episcopum sicut deum, non habentes potestatem in aliquo nec absque dispositione aliquid facientes et citra consilium aut imperium episcopi, et ne velint ad aliquem pergere ad manducandum aut bibendum aut ieiunare cum aliquo aut accipere ab aliquo quicquam aut manus alicui imponere et orare, . . . absque consilio episcopi vel diaconi. Si quid autem non iussa fecerit, corripiatur illa, quae sine disciplina est. 2. Quid enim scis, o mulier, a quo accipias aut de cuius diaconia edes, aut pro quo ieiunas aut cui manum commodasti? Nescis, quia rationem reddere habes Domino pro unoquoque eorum in die iudicii, quoniam communicas operibus eorum? 3. Tu quidem, o vidua indisciplinata, vides conviduas tuas aut fratres in infirmitatibus positos: ad membra tua non festinas, ut facias super eos ieiunium et orationem adhuc et manus impositionem?

Const. apost. III, 8, 1—3
(Funk I p. 197, 17—199, 14).

1. *Σεμνὰς οὖν δεῖ εἶναι τὰς χήρας, πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, ἔτι μὴν καὶ ταῖς* (!) *διακόνοις, εὐλαβουμένας, ἐντρεπομένας, φοβουμένας, μὴ κατεξουσιαζούσας μηδὲ παρὰ τὴν διαταγήν τι ποιεῖν θελούσας δίχα γνώμης τοῦ διακόνου, οἷον τὸ πρός τινα ἀπελθεῖν θελούσας ἐπὶ τὸ φαγεῖν παρ' αὐτῷ ἢ πιεῖν ἢ λαβεῖν τι παρά τινος· εἰ δὲ μὴ κελευσθεῖσα ποιήσει ἕν τι τούτων, ἐπιτιμάσθω νηστείᾳ ἢ ἀφορισμῷ ὡς προπετής.* 2. *Τί γὰρ ἐπίσταται, ὁποία τίς ἐστιν, παρ' ἧς λαμβάνει, ἢ ἐκ ποταπῆς διακονίας παραβάλλει τὴν τροφήν;* . . . 3. *Γινέσθωσαν δὲ αἱ χῆραι ἕτοιμοι πρὸς ὑπακοὴν τῶν ἐντεταλμένων αὐταῖς ὑπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ἐπισκόπου ποιείτωσαν ὡς θεῷ ὑπακούουσαι.*

Didascalia apost. III, 9, 1
(Funk I p. 198, 31—200, 1).

Mulierem aut baptizare vel a muliere baptizari non approbamus, quia hoc illegitimum est et magnum periculum ei, quae baptizat et ei, qui baptizatur.

Const. apost. III, 9, 1
(Funk I p. 199, 21—201, 1).

Περὶ δὲ τοῦ γυναῖκας βαπτίζειν γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι κίνδυνος οὐ μικρὸς ταῖς τοῦτο ἐπιχειρούσαις· διὸ οὐ συμβουλεύομεν· ἐπισφαλὲς γάρ, μᾶλλον δὲ παράνομον καὶ ἀσεβές.

Const. apost. III, 11, 3

(Funk I p. 201, 28 sqq.). *Οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους ἢ διακονίσσας ἢ ἀναγνώστας ἢ ὑπηρέτας ἢ ᾠδοὺς ἢ πυλωρούς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις· αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἁρμονία.*

Non permittimus presbyteris ut constituant diaconos vel diaconissas vel lectores, vel ministros vel cantores vel ostiarios, sed solis episcopis; hic enim ordo ecclesiae et harmonia.

Didascalia apost. III, 11, 4—5 (Funk I p. 208, 2 sqq.).

Procul ergo sint viduae a maledictionibus, quia ad benedicendum constitutae sunt. 5. Itaque neque episcopus nec presbyter nec diaconus nec vidua maledictionem emittat ex ore suo.

Const. apost. III, 15, 5

(Funk I p. 209, 7 sqq.). *Περὶ πάντων γὰρ αὐτῷ* (sc. *ἐπισκόπῳ*) *μέλειν ὀφείλει, περὶ κληρικῶν, περὶ παρθένων, περὶ χηρῶν, περὶ λαϊκῶν.*

Omnibus enim providere debet (scil. episcopus) clericis, virginibus, viduis, laicis.

Didascalia apost. III, 12, 1—2
(Funk I p. 208, 8—210, 5).

1. Propterea, episcope, constituas tibi operarios iustitiae, adiutores populum tuum ad vitam adiuvantes. Qui tibi placent ex populo universo, eos eligas ac diaconos constituas, virum, ut curet res multas necessarias, mulierem ad ministerium feminarum. Sunt enim domus, in quas diaconum ad mulieres non potes mittere propter gentiles, mittes autem diaconissas[1]. 2. Nam et in multis aliis rebus necessarius est locus mulieris diaconissae. Primo cum mulieres in aquam descendunt, a diaconissa oleo unctionis ungendae sunt in aquam descendentes. Et ubi mu-

Const. apost. III, 16, 1—2
(Funk I p. 209, 10—211, 3).

1. *Διὰ τοῦτο, ὦ ἐπίσκοπε, τοὺς συνεργούς σου τῆς ζωῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης ἐργάτας διακόνους εὐαρέστους θεῷ προχειρίζου, οὓς ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ δοκιμάζεις εἶναι ἀξίους καὶ εἰς τὰς τῆς διακονίας χρείας εὐσκύλτους. Προχείρισαι δὲ καὶ διάκονον πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπηρεσίας. Ἔστι γάρ, ὁπόταν ἔν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύνασαι πέμπειν διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας.* 2. *Καὶ γὰρ εἰς πολλὰς χρείας γυναικὸς χρήζομεν διακόνου· καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας ὁ διάκονος χρί-*

[1] Cf. Bar-Hebraeus VII, 7, Mai p. 50 sq.

lier ac praesertim diaconissa non invenitur, baptizantem oportet ungere eam, quae baptizatur. Ubi vero mulier est ac praesertim diaconissa, mulieres non decet conspici a viris.

σει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι.

Didascalia apost. III, 12, 3
(Funk I p. 210, 7 sqq.).

Et tu (scil. o episcope) . . . in manus impositione ungas caput eorum, qui baptismum accipiunt, sive virorum sive mulierum; ac postea, cum tu baptizas vel cum diaconis praecipis baptizare vel presbyteris, diaconissa, ut praediximus, ungat mulieres, vir autem pronuntiet super eas nomina invocationis Deitatis in aqua. Et cum ascendit ex aqua quae baptizatur, eam suscipiat diaconissa ac doceat et erudiat, infragile esse sigillum baptismi in castitate et in sanctitate.

Const. apost. III, 16, 4
(Funk I p. 211, 9 sqq.).

Σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, χρίσεις τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος· ἔπειτα ἢ σὺ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ὑπὸ σὲ πρεσβύτερος τὴν ἱερὰν ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι· καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος, τὴν δὲ γυναῖκα ἡ διάκονος, ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γένηται· καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χριέτω τοὺς βαπτισθέντας τῷ μύρῳ.

Didascalia apost. III, 12, 4 (Funk I p. 210, 18 sqq.).

Tu ergo (scil. o episcope) in aliis rebus diaconissam necessariam habebis, et ut eas gentilium domos ingrediatur, ubi vos accedere non potestis, propter fideles mulieres, et ut eis, quae infirmantur, ministret, quae necessantur, et in balneis iterum eas, quae meliorant, ut lavet.

Didascalia apost. III, 13, 1—2
(Funk I p. 212, 1—214, 6).

Diaconi sint in actibus similes episcopis suis sed exercitatiores et non malum adpetentes lucrum, ut bene ministrent; secundum multitudinem ecclesiae (sufficientes) erunt, ut et senioribus mulieribus, quae invalidae sunt, fratribus et sororibus, quae in infirmitate detinentur, possint placere in celeri-

Const. apost. III, 19, 1—2
(Funk I p. 213, 18—215, 5).

Ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ διάκονοι ἐν πᾶσιν ἄμωμοι ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος, μόνον δὲ εὐσκυλτότεροι, ἀνάλογοι πρὸς τὸ πλῆθος τῆς ἐκκλησίας, ἵνα καὶ τοῖς ἀδυνάτοις ὑπηρετεῖσθαι δύνωνται ὡς „ἐργάται ἀνεπαίσχυντοι“· καὶ ἡ μὲν γυνὴ τὰς γυναῖκας σπουδάζουσα θεραπεύειν, ἀμφότεροι δὲ τὰ πρὸς ἀγγελίαν, ἐκδημίαν, ὑπη-

tate ministeria sua complentes. Et mulier circa mulieres festinabit. 2. Ita ergo unusquisque proprium agnoscat locum, in festinatione eum impleat; et unum sentiendo, unum spirantes et duo corpora in una anima portantes cognoscite, quantum sit ministerium diaconiae.

ρεσίαν, δουλείαν, ὡς καὶ περὶ τοῦ κυρίου Ἡσαΐας[1] *ἔλεγεν φάσκων· „Δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς.“ 2. Ἕκαστος οὖν τὸν ἴδιον γνωριζέτω τόπον καὶ ἐκτελείτω αὐτὸν σπουδαίως, ὁμοφρόνως, ὁμοψύχως, γινώσκοντες τὸν τῆς διακονίας μισθόν.*

Const. apost. VI, 17, 4

(Funk I p. 341, 9 sqq.). *Διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.*

Diaconissa fiat virgo sacra; nisi exstat talis, vidua semel nupta, fidelis et honorata.

Const. apost. VIII, 13, 14

(Funk I p. 516, 21 sqq.). *Καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ ὑποδιάκονοι καὶ οἱ ἀναγνῶσται καὶ οἱ ψάλται καὶ οἱ ἀσκηταί, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διάκοναι καὶ αἱ παρθένοι καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου.*

(Funk I p. 517, 20 sqq.). Post hoc sumat et communicet episcopus, deinde presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectores, cantores et ascetae, et in feminis diaconissae, virgines et viduae; postea pueri, tuncque omnis populus ordine cum pudore et reverentia absque strepitu.

Const. apost. VIII, 24, 2

(Funk I p. 528, 5 sq.). *Παρθένος οὐ χειροτονεῖται, „ἐπιταγὴν“ γὰρ „κυρίου οὐκ ἔχομεν“.*

(Funk I p. 529, 5 sq.). Non ordinatur virgo; nam praeceptum Domini non habemus.

Const. apost. VIII, 25, 2—3

(Funk I p. 528, 9 sqq.). 2. *Χήρα οὐ χειροτονεῖται, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλεν τὸν ἄνδρα καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησεν καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδὶθ καὶ Ἄννα αἱ σεμνόταται, κατατασσέσθω εἰς τὸ χηρικόν. 3. Εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλεν τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω.*

(Funk I p. 529, 10 sqq.). Vidua non ordinatur; sed si multo ante amisit virum ac caste et inculpabiliter vixit ac domesticorum optime curam gessit, ut Judith et Anna, sanctissimae feminae, coptetur in gradum vidualem. 3. Quodsi nuper amisit coniugem, ne ei credatur.

[1] Jes. 53, 11.

Const. apost. VIII, 28, 4; 6—8

(Funk I p. 530, 17). *Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ . . .* (22 sqq.). 6. *Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι ἢ οἱ διάκονοι ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπές.* 7. *Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου.* 8. *Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀναγνώστῃ οὔτε ψάλτῃ οὔτε διακονίσσῃ, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· ὑπηρέται γάρ εἰσιν διακόνων.*

(Funk I p. 531, 16). Diaconus non benedicit . . . (20 sqq.). 6. Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam eorum, quae presbyteri aut diaconi faciunt, dumtaxat ianuas custodit et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat propter decorum. 7. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam, si absente presbytero res id postulet. 8. Subdiacono non licet segregare neque lectori neque cantori neque diaconissae, non clericum, non laicum; ministri enim sunt diaconorum.

Const. apost. VIII, 31, 2

(Funk I p. 532, 22—534, 1). *Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ, τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο, τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις ἢ ἀναγνώσταις ἢ ψάλταις ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν.*

(Funk I p. 533, 19—535, 1). Eulogias, quae in mysticis oblationibus supersunt, diaconi ex voluntate episcopi aut presbyterorum distribuant clero: episcopo partes IV, presbytero partes tres, diacono partes duas, ceteris vero, subdiaconis et lectoribus vel cantoribus vel diaconissis, partem unam.

Didascalia Arabica[1] *XXXV, 17* (Funk II p. 125, 18 sqq.).

Presbyteri et diaconi et reliquus clerus, si fieri potest, sint in ecclesia, diaconissae autem sint in loco septemtrionali ecclesiae, ut omnes simul in quiete inveniant facultatem perficiendi ministerium, quod unicuique eorum convenit.

[1] Ab Abû Ishaq anno Chr. 1295 e Coptico in Arabicam linguam translata. Funk l. c. p. XXXI. — Funk exhibet „versionem Latinam castigatam iuxta versionem Germanicam, quam Dannecker instituit" (l. c. p. XXXII). Didascalia Arabica usque ad annum 1905 non erat edita (l. c. p. XXIX) neque, quantum comperire potui, posteris annis adhuc edita est. Versionem aethiopicam edidit Th. Pell Platt, The Ethiopic Didascalia, Londini 1834.

Didascalia Arabica XXXVIII, 21 (Funk II p. 132, 24 sqq.).

Et sic episcopus liturgiam faciat, velo demisso et intra hoc versantibus presbyteris, diaconis et subdiaconis et lectoribus et viduis, quae diaconissae sunt, et eis qui charismata habent.

Capitula (XXX) e constitutionibus apostol. excerpta[1], *c. XIX—XX; XXII*

(Funk II p. 140, 7 sqq.). 19. *Ὅτι γυναῖκα βαπτιζομένην ὁ ἐπίσκοπος μόνον τὴν κεφαλὴν χρίει, ὁ δὲ διάκονος τὸ στόμα καὶ τὸ στῆθος καὶ ἡ διακόνισσα ὅλον τὸ σῶμα.*

20. *Ὅτι ἐν τῷ βαπτίσματι οἱ διάκονοι τοὺς ἄνδρας καὶ αἱ διακόνισσαι τὰς γυναῖκας δέχεσθαι χρή.*

(14 sq.). 22. *Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας ποιεῖν τι, οὔτε βαπτίζειν οὔτε διδάσκειν.*

(Funk II p.141, 7 sqq.). 19. Quod mulieri baptizatae episcopus solummodo caput ungat, diaconus vero os et pectus et diaconissa totum corpus.

20. Quod in baptismate diaconi viros et diaconissae mulieres suscipere debeant.

(14 sq.). 22. Quod mulieres nihil facere debeant, nec baptizare nec docere.

Sozomenus, Hist. ecclesiastica[2] *VIII, 9*

(Hussey II p. 812). *Ταύτην*[3] *γὰρ ἐκ γένους ἐπισημοτάτην οὖσαν, καίπερ νέαν χήραν γενομένην εἰς ἄγαν δὲ φιλοσοφοῦσαν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμόν, διάκονον ἐχειροτόνησε Νεκτάριος*[4].

(MPG 67, 1538 sq.). Hanc enim cum nobilissimo genere orta esset, quamvis iuvenili aetate viduam, tamen quia iuxta leges ecclesiasticas egregie philosophabatur, Nectarius diaconissam ordinaverat.

Sozomenus, Hist. eccl. VIII, 23

(Hussey II p. 857). (*Νικαρέτη ἡ Βιθυνὴ*) *ὑπὸ μετριότητος γὰρ τρόπων καὶ φιλοσοφίας ἀεὶ λανθάνειν ἐπετήδευεν· ὡς μήτε εἰς ἀξίωμα διακόνου σπουδάσει προελθεῖν, μήτε προτρεπομένου πολλάκις Ἰωάννου*[5], *ἑλέσθαι ποτὲ παρθένων ἐκκλησιαστικῶν ἡγεῖσθαι.*

(MPG 67, 1575). (Nikarete Bithyna) ob modestiam animi ac philosophiae studium perpetuo latere studebat: ita ut nec honorem diaconissae umquam ambierit, nec virginibus ecclesiasticis praeesse, licet Joanne saepius eam hortante, voluerit.

---

[1] Aliquamdiu post constitutiones exorta et ante saec. XI. Cf. Funk l. c. p. XXXIII sq.

[2] Scripta inter annos 443 et 450.

[3] *Ὀλυμπιάδα.*

[4] Nectarius † 397.

[5] Sc. Chrysostomus.

Sozomenus, Hist. eccl. VIII, 24

(Hussey II p. 859). *Ἀνδρεία δὲ ἐν ταύταις ταῖς συμφοραῖς* [1] *ἀπεφάνη καὶ Ὀλυμπιὰς ἡ διάκονος.*

(MPG 67, 1578). Iam vero Olympias quoque diaconissa in hoc rerum discrimine fortitudinem animi sui declaravit.

Sozomenus, Hist. eccl. IX, 2

(Hussey II p. 881). *Γυνή τις Εὐσεβία τοὔνομα, διάκονος τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως, οἴκημα καὶ κῆπον εἶχε πρὸ τοῦ τείχους τῆς Κωνσταντινουπόλεως.*

(MPG 67, 1598). Mulier quaedam, Eusebia nomine, diaconissa sectae Macedonianae, aedes et hortum habebat haud procul a moenibus urbis Constantinopolitanae.

Vita S. Olympiadis 7 [2]

(Analecta Bollandiana 15 [1896] p. 415, 3 sqq.). *(Ἰωάννης) χειροτονεῖ διακόνους τῆς ἁγίας ἐκκλησίας (Ὀλυμπιάδα) καὶ τὰς τρεῖς αὐτῆς συγγενίδας, Ἐλισανθίαν, Μαρτυρίαν καὶ Παλλαδίαν, ἐπὶ τὸ τὰς τέσσαρας διακονίας εἰς τὸ διηνεκὲς ἔχειν τὸ συστὰν ὑπ' αὐτῆς εὐαγὲς μοναστήριον.*

(Johannes) constituit diaconissas sanctae ecclesiae (Olympiadem) et tres cognatas eius, Elisanthiam, Martyriam et Palladiam, id spectans, ut sacrum monasterium, cui ipsa praeerat, in continuum quattuor diaconias haberet.

Concilium Chalcedonense [3] *c. 15*

(Mansi VII, 364). *Διακόνισσαν μὴ χειροτονῆσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας. Εἰ δέ γε δεξαμένη τὴν χειροθεσίαν καὶ χρόνον τινὰ παραμείνασα τῇ λειτουργίᾳ ἑαυτὴν ἐπιδῷ γάμῳ, ὑβρίσασα τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ἡ τοιαύτη ἀναθεματιζέσθω μετὰ τοῦ αὐτῇ συναφθέντος* [4].

(Mansi VII, 363). Diaconissam non esse mulierem ordinandam ante annum quadragesimum, et eam cum accurata examinatione. Si autem postquam ordinatione suscepta ministerio aliquo tempore permansit, seipsam matrimonio tradiderit, dei gratiae iniuriam faciens, ea una cum illo, qui ei coniunctus est, anathematizetur.

[1] Cum Eutropius Joannem Chrysostomum persequeretur.

[2] Ab anonymo conscripta; ex cod. Parisiensi saec. XI et cod. Florentino s. XIV. (Cf. Anal. Boll. 15, p. 405 sq.). In codd. inscribitur: *Βίος ἤτοι πολιτεία καὶ πράξεις τῆς ὁσίας, μακαρίας καὶ δικαίας Ὀλυμπιάδος διακόνου γεναμένης τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως* (cf. An. Boll. 15, p. 409).

[3] a. 451.

[4] Etiam Bar-Hebraeus, Mai p. 51, refert de hoc canone.

Testamentum Domini[1] *I, 19* (Rahmani p. 27).

Aedes episcopi sit prope locum, qui vocatur atrium.

Item ibidem sit aedes viduarum, quae dicuntur habentes praecedentiam sessionis.

Aedes presbyterorum et diaconorum sit post baptisterium.

Diaconissae autem maneant apud portam domus dominicae.

Testamentum Domini I, 23 (Rahmani p. 35/37).

(Episcopus) offerat intra velum una cum presbyteris, diaconis, viduis canonicis, hypodiaconis, diaconissis, lectoribus (et) habentibus charismata. Primus in medio consistat episcopus, et post ipsum immediate sistant presbyteri hinc et inde, et post presbyteros, qui sunt in parte sinistra, sequantur proxime viduae, post presbyteros, qui sunt in parte dextera, stent diaconi, et post hos lectores, et post lectores hypodiaconi, et post hypodiaconos diaconissae[2].

Testamentum Domini I, 34 (Rahmani p. 83).

In ecclesia noti sint duodecim presbyteri, septem diaconi, quatuor hypodiaconi et tres viduae habentes praecedentiam sessionis.

In vers. copt.-arab. sic legitur: Ne in ecclesia sint plus quam duodecim presbyteri, septem diaconi, quatuor hypodiaconi et lectores, tres viduae sint et psalmistae ad ministerium exhibendum sacerdotibus.

Testamentum Domini I, 35 (Rahmani p. 85/87).

Proclamatio diaconi.

Pro episcopo supplicemus.

Pro presbyteris supplicemus.

Pro diaconis supplicemus.

Pro presbyteris (feminis) supplicemus, ut Dominus exaudiat earum supplicationes et perfecte in gratia spiritus custodiat ipsarum corda, adiuvetque earundem laborem.

Pro hypodiaconis, lectoribus et diaconissis supplicemus, ut Dominus tribuat eis mercedem accipere in patientia.

---

[1] Editio Rahmani textum Syriacum et versionem Latinam praebet.

[2] Adnotatio Rahmani p. 34: Descriptio ordinis, quo clerici aliique ad altare cum episcopo celebrante stare debent, diversa est aliquantulum in versione copto-arab. ab illa, quam exhibet textus noster.

(Rahmani p. 47). Suscipiat (sc. eucharistiam) prius clerus sequenti ordine: episcopus, dein presbyteri, postea diaconi, hinc viduae, tunc lectores, tunc hypodiaconi, deinde qui charismatibus fruuntur, et recens baptizati (et) pueri. Populus autem hoc ordine: Senes, virgines (seu coelibes) deinde ceteri. Ex mulieribus primo diaconissae, deinde ceterae.

Testamentum Domini I, 40 (Rahmani p. 95/97).

Ordinetur in viduam illa, quae eligitur, quae scilicet diuturno tempore sine viro manserit, pluriesque ab hominibus inducta fuerit, ut nuberet viro et nihilominus ipsa viro adhaerere noluerit propter fidem. Secus autem nondum eligenda est, sed ad tempus probetur, si pia fuerit, si quos habuit natos educaverit in sanctitate, si eos sapientiam mundanam minime docuerit, si eosdem in amore legis sacrae et ecclesiae efformaverit, si dilexerit peregrinos honoraveritque, si in oratione assidua fuerit, si humilem se exhibuerit, si afflictos hilaritate adiuverit, si sanctis de ipsa revelatum fuerit, si sanctos non neglexerit, si pro viribus ministraverit, si apta sit, quae iugum ferat sustineatque. Sit porro quae sine intermissione oret, et in omnibus sit perfecta, spiritu gestiens, habensque cordis oculos apertos ad omnia. Sit omni tempore benigna, diligens simplicitatem, nihil in hoc mundo possidens, sed continuo tollens et circumferens crucem, quae omne malum abolet, noctu diuque apud altare perseverans, hilariter et secrete operam impendens. Si habet unam aut duas aut tres consocias unanimes in meo nomine, ego ero inter illas. Sit perfecta in Domino, utpote quae a spiritu visitatur; ea, quae ipsi significantur, perficiat cum timore et diligentia. Exhortetur mulieres inobedientes, erudiat ignorantes, reas convertat, doceatque illas, ut sint pudicae, diaconissasque perquirat. Quae introeunt, efficiat ut sciant, quomodo et quaenam ipsae esse debeant; et quae extra manent, adhortetur. Eis, quae audiunt, consilium patienter praebeat de iis, quae bona sunt. Inobedientes post tres admonitiones non alloquatur. Foveat illas, quae cupiunt esse in virginitate vel puritate. Corripiat modeste et pacate sese exhibentes ex adverso. Cum omnibus sit pacifica. Superflua et vana loquentes privatim reprehendat, si vero non audiunt, sibi adiungat mulierem aetate provectam, aut deferat ad aures episcopi. In ecclesia taceat, in oratione sit assidua, visitet aegrotas, omni die dominico secum adducens diaconum unum aut duos, easdemque adiuvet. Si possidet aliquid, eroget illud in pauperes et fideles. Si autem non possidet, ab ecclesia adiuvanda est. . . .

Ipsius supplicationes ad Deum erunt acceptae, eruntque holocaustum et altare Dei.

Testamentum Domini I, 42 (Rahmani p. 101).

Postquam (ita) in viduam instituta fuerit, de nihilo sollicita sit: sed sit solitaria, vacetque, in solitudine, supplicationibus pietatis; fundamentum enim sanctitatis et vitae pro vidua consistit in solitudine, ita ut neminem alium praeter deum deorum, patrem, qui in coelis est. ipsa diligat. Notis horis seorsim laudes persolvat, nocte et aurora.

Cum gratias agit aut laudes persolvit, si habeat virgines amicas unanimes, optimum erit, si illae cum ipsa orent ad respondendum: Amen. Secus oret sola seorsim sive in ecclesia sive domi, maxime autem media nocte.

Tempora, quibus necesse est ut laudes persolvat, sunt sabbatum, dies dominica vel pascha vel epiphania vel pentecostes. Reliquo tempore in humilitate gratias agat psalmis, canticis, meditatione, itemque laboret.

Testamentum Domini I, 43 (Rahmani p. 101—105).

Laudes ita a vidua persolventur pacate:

Laus nocturna viduarum.

Sancte, sancte sine macula, qui habitaculum habes in lumine, deus Abraham, Isaac, Jacob, deus Enoch et David, Eliae, Elisei, Moysis, Josue et prophetarum, reliquorumque, qui nomen tuum in veritate nuntiarunt, deus apostolorum, deus, qui consiliis tuis cuncta direxisti, et benedixisti eis, qui in te peramanter confidunt; te laudat anima mea viribus spiritus virtutis meae, laudat te cor meum, Domine, laudat potentiam tuam omni tempore, laudat te, Domine, tota virtus mea, quoniam, si vis tua ero, deus, deus pauperum, quoniam tu es auxiliator pusillorum, qui respicis humiles, qui adiutor es imbecillium, adiuva me, Domine, quoniam per gratiam tuam complacuit tibi in me, ut sim famula tua, quoniam nomen magnum concessisti mihi, ut vocer christiana.

Tu, qui a servitute me liberasti, ut famulatum praestem deo potenti in aeternum, et ut te, qui omnia vides, laudem quin confundar. Sane, Domine deus, confirma in te cor meum, usque dum perficiatur in spiritu sancto. Redde nobis iuventutem in aedificationem ecclesiae tuae sanctae; fili, verbum et mens patris, Christe, qui venit propter salvationem generis humani, qui passus est, sepultus est et resurrexit, qui glorificatus es (sic!) ab eo, qui te misit, convertere et adiuva (nos) Domine, rectas fac cogitationes nostras in fide roborata spiritus, glorifica nomen tuum in nobis, quoniam in tuo patre, in te, et in spiritu sancto est spes nostra in saecula saeculorum. Et dicat cum iis, quae cum ipsa sunt, Amen.

Laus aurorae viduarum habentium praecedentiam sessionis.

Te, deus, in aeternum, director animarum nostrarum, creator lucis, thesaurus vitae, qui oblectaris collaudationibus et precibus sanctorum, amator misericordiae, miserator, benignus, rex omnium et deus Dominus noster, laudat spiritus meus, emittens ad te sine intermissione voces famulae tuae, Domine, quae supplicat te, ut perficias in famula

tua spiritum consilii, pietatis et rectae cognitionis. Laudo te, Domine, qui a paupertate nostra abolisti omnem perturbationem, aversionem, iram, omne dissidium et pravam consuetudinem.

Tu es, qui praeveniens immutasti sensus intelligentiae meae, ut tibi soli, deus, inserviam, qui ecclesiam sanctam variis ministeriis exornasti. Tu, qui a famula tua omnem dubitationem, metum, infirmitatem depellis, et dirigis cogitationes eorum, qui in rectitudine serviunt tibi. Te laudo, deus, qui lumine tuae scientiae mihi illuxisti per filium tuum etc.

Et cum iis, quae eam comitantur, dicat: Amen.

Testamentum Domini I, 46 (Rahmani p. 107).

Virgo (seu caelebs), mas vel femina, minime ab homine constituitur, neque ordinatur, sed ipse sese (propria) voluntate secernit, nomen virginis assumens.

Neque ipsi manus imponitur in virginitatem, quippe propria voluntatis est hic status.

Testamentum Domini II, 4 (Rahmani p. 119).

Mulieres in ecclesia stent modeste et scienter: secus a viduis habentibus praecedentiam sessionis admoneantur.

Testamentum Domini II, 8 (Rahmani p. 129/31).

Mulieres (sc. baptizandae) a viduis habentibus praecedentiam sessionis ungantur, cum presbyter recitat super illas (formulam). Item in collatione baptismi eaedem viduae intra velum teneant mulieres obducto velo, cum episcopus profert formulas professionis; itemque dum profert formulas abrenuntiationis.

Testamentum Domini II, 19 (Rahmani p. 141).

Viduae usque ad tempus matutinum (sc. diebus Paschae) maneant in templo, habentes ibidem cibum.

Presbyterae maneant apud episcopum usque ad tempus matutinum, orantes et requiescentes.

Testamentum Domini II, 19 (Rahmani p. 141).

Virgines simul maneant in templo (sc. diebus Paschae) et episcopus opem iis ferat curamque gerat earum, diaconique ipsis ministrent.

Testamentum Domini II, 20 (Rahmani p. 141/3).

Si quis fidelium morbi causa domi maneat, diaconus ipsi deferat sacrificium (i. e. eucharisticam communionem). (Interpres copto-arabs:

deferat mysteria ... presbyter vel diaconus.) Si mulier praegnans aegrotet ... et si nequit accedere (ad ecclesiam), diaconissa ad ipsam deferat communionem.

Pseudo-Ignatius[1] *ad Tarsenses IX, 1* (Diekamp p. 142)

(9 sqq.). *Τὰς ἐν παρθενίᾳ τιμᾶτε ὡς ἱερείας Χριστοῦ, τὰς ἐν σεμνότητι χήρας ὡς θυσιαστήριον θεοῦ.*

Eas, quae in virginitate sunt, honorate sicut sacras Christi; viduas pudicas ut sacrarium dei veneramini[2].

Pseudo-Ignatius ad Philippenses XV, 1 (Diekamp p. 168)

Ἀσπάζομαι τὸ σύστημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν· ὧν καὶ ὀναίμην.

(6 sq.). Saluto congregationem virginum, legionem viduarum, a quibus et adiutus sum.

Pseudo-Ignatius ad Philadelphienses IV, 8 (Diekamp p. 178)

Ἔστωσαν δὲ καὶ αἱ χῆραι μὴ ῥεμβοί, μὴ λίχνοι, μὴ περιτροχάδες, ἀλλ' ὡς Ἰουδὶθ ἡ σεμνοτάτη, ὡς ἡ Ἄννα ἡ σωφρονεστάτη.

(14 sqq.). Sint autem viduae non vagae neque gulosae neque protervae, sed pudicae et sobriae, sicut Judith et Anna.

Pseudo-Ignatius ad Antiochenos XI, 1 (Diekamp p. 220)

Αἱ χῆραι μὴ σπαταλάτωσαν, ἵνα μὴ καταστρηνιάσωσι τοῦ λόγου.

(12 sq.). Viduae non in deliciis agant, ne per luxuriam abiciant verbum.

Pseudo-Ignatius ad Antiochenos XII, 2—3 (Diekamp p. 222)

2. *Ἀσπάζομαι τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων πυλώνων, τὰς ἐν Χριστῷ διακόνους.* 3. *Ἀσπάζομαι τὰς χριστολήπτους παρθένους, ὧν ὀναίμην ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ· ἀσπάζομαι τὰς σεμνοτάτας χήρας.*

(2 sqq.). 2. Saluto custodes sanctarum portarum diaconissas, quae sunt in Christo. 3. Saluto susceptrices Christi virgines, quas ego nutrivi in Domino Jesu. Saluto pudicissimas viduas.

Canones Hippolyti[3] *51* (Achelis p. 73 sq.).

Neque alicui imponatur manus tamquam caelibi (virgini) nisi quando ad naturam staturam perductus pro fideli habetur et testimonio commendatus est.

---

[1] Apollinarista quidam saec. V.

[2] Sequor epistolarum Ps.-Ignatii versionem veterem Latinam ante s. IX exortam a D. textui Graeco additam. Cf. Diekamp p. XII.

[3] Hi canones arabice et aethiopice traduntur. Achelis reddit passim correctam versionem Latinam Hanebergianam. Docti recentioris aetatis censent eam c. 500

Canones Hippolyti 59 (Achelis p. 75).

Viduis propter copiosas orationes, infirmorum curam et frequens ieiunium praecipuus (honor tribuatur).

Canones Hippolyti 157 (Achelis p. 103 sq.).

Virginum et viduarum est, ut saepe ieiunent et orent in ecclesia.

Concilium Dovinense[1] *c. 17.*

Feminis non licet ministeria diaconissae praestare nisi ministerium baptismi[2].

Novellae Justiniani.

Nov. 3, 1 (Schoell-Kroll p. 20 sq.)

(9 sqq.). *Θεσπίζομεν τοίνυν τοὺς μὲν ἄχρι νῦν ὄντας κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας εὐαγεῖς οἴκους καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς καὶ γυναῖκας διακόνους καὶ πυλωροὺς μένειν ἐφ' οὗπερ εἰσὶ σχήματος. Οὐ γὰρ τὸ ὂν ἐλαττοῦμεν, πρόνοιαν δὲ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι ταῦτα νομοθετοῦμεν. Τοῦ δὲ ἑξῆς χρόνου μηδεμία γινέσθω χειροτονία, μέχρις ἂν εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀριθμὸν τὸν ἐνστάντα παρὰ τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας οἰκοδομησαμένων, ἡ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν περισταίη ποσότης.*

Sancimus[3] igitur eos quidem, qui hactenus sunt in eadem sanctissima maiore ecclesia et per reliquas omnes venerabiles domos reverentissimos clericos et mulieres diaconissas et ostiarios, manere in quo sunt schemate (non enim quod est minuentes haec sancimus); reliquo vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum, institutum ab his qui sanctissimas ecclesias aedificaverunt, reverentissimorum clericorum quantitas redigatur.

(p. 21, 4 sqq.). *Θεσπίζομεν μὴ περαιτέρω μὲν* 60 *πρεσβυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, διακόνους δὲ ἄρρενας* 100, *καὶ*

Sancimus non ultra LX quidem presbyteros in sanctissima maiore ecclesia esse, diaconos autem masculos C et XL feminas, subdiaco-

---

compositam esse ab auctore ignoto, qui Const. eccl. Aegyptiacae (cf. supra p. 9 sq.) magnopere dilatavit.

[1] Locus huius concilii est Dovin in Armenia; habitum est anno 527.

[2] „Lors de l'administration du baptême, les femmes ne doivent pas servir en qualité de diaconesses." Hefele-Leclercq II, 2, p. 1078. Hanc versionem canonis Leclercq sumpsit e Welte et hic e Tchamtchian, Historia Armeniae, Venetiis 1784, t. II p. 237 (cf. Hefele-Leclercq, l. c.).

[3] Haec versio Latina Novellarum Graecarum ipso saeculo VI. confecta est et Authenticum nominatur (cf. Kroll p. VI).

40 θηλείας, καὶ ὑποδιακόνους 90, ἀναγνώστας δὲ 110, καὶ ψάλτας 25, ὡς εἶναι τὸν πάντα ἀριθμὸν τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἐν 425 προσώποις, καὶ 100 πρὸς τούτοις τῶν καλουμένων πυλωρῶν.

nos vero XC, lectores autem CX, cantores XXV, ita ut sit omnis numerus reverentissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae in CCCCXXV, et insuper C existentibus his qui vocantur ostiarii.

Nov. 3, 2[1] (Schoell-Kroll p. 22, 3 sqq.).

Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐκκλησίαις, ὧν τὴν χορηγίαν ἡ ἁγιωτάτη μεγάλη ἐκκλησία ποιεῖται, θεσπίζομεν τοὺς μὲν νῦν ὄντας μένειν ὁμοίως καὶ αὐτοὺς ἐπὶ σχήματος, τοῦ δὲ λοιποῦ μηδένα χειροτονεῖσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸ καλούμενον στατοῦτον ἑκάστης ἐκκλησίας, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρισται παρὰ τῶν ταύτας οἰκοδομησαμένων, ὁ τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν καὶ ὑποδιακόνων καὶ ἀναγνωστῶν καὶ ψαλτῶν καὶ πυλωρῶν ἀριθμὸς περισταίη· καὶ μηδὲ εἷς ἐν μέσῳ παντελῶς προστιθέσθω.

In aliis autem omnibus ecclesiis quarum expensas sanctissima maior ecclesia facit, sancimus nunc quidem existentes manere similiter etiam eos sub schemate, de cetero vero nullum ordinari, antequam ad eum qui vocatur statutus uniuscuiusque ecclesiae, qui antiquitus definitus est ab aedificatoribus earum, presbyterorum et diaconorum masculorum atque feminarum et subdiaconorum atque lectorum necnon cantorum et ostiariorum numerus redigatur, et nullus in medio penitus adiciatur.

Nov. 6, 6[1] (Schoell-Kroll p. 43 sqq.).

Ὅσα γε μὴν ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἡμῖν εἴρηται, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων διακονισσῶν πράττεσθαι βουλόμεθα, ὥστε μηδὲ αὐτὰς ἔξω τῆς πρεπούσης παρατηρήσεως γίνεσθαι· ἀλλὰ πρότερον μὲν αὐταῖς τὴν ἡλικίαν μήτε νέαν εἶναι μήτε ἀκμάζουσαν μηδὲ αὐτόθεν πρὸς τὰ πλημμελήματα πηδῶσαν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸν μέσον ἤδη καθεστῶσας χρόνον καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀγούσας, οὕτω τε τῆς ἱερᾶς τυγχάνειν χειροτονίας καὶ ἢ παρ-

Quanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, haec etiam super deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsae citra observantiam fiant, sed primum quidem eis aetatem neque novellam esse neque crescentem neque exhinc ad delinquendum salientem, sed super mediam constitutas aetatem et circa L annos secundum divinas regulas agentes, sicque sacram promereri ordinationem, et aut virgines constitutas aut unius viri quae fuerant

[1] a. 535.

θένους καθεστώσας ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς γαμετὰς γενομένας. Οὐ γὰρ ἐφήσομεν οὔτε δευτερογαμούσαις οὔτε βίον ἐχούσαις οὔτι φαμὲν κατεγνωσμένον, ἀλλ' οὐδὲ ὕποπτον, ὅλως ἐπὶ τὴν ἱερὰν παριέναι διακονίαν, καὶ τοῖς τε προσκυνητοῖς ὑπηρετεῖσθαι βαπτίσμασι τοῖς τε ἄλλοις παρεῖναι τοῖς ἀπορρήτοις, ἅπερ ἐν τοῖς σεβασμιωτάτοις μυστηρίοις δι' αὐτῶν εἴωθε πράττεσθαι. Εἰ γάρ τις ἀνάγκη γένοιτο καὶ τὴν ἐλάττονα ταύτης τῆς ἡλικίας ἧς εἴπομεν χειροτονηθῆναι διάκονον, ἀλλ' ἔξεστι ταύτην ἔν τινι τῶν εὐαγῶν ἀσκητηρίων χειροτονεῖσθαι καὶ κατ' ἐκεῖνο οἰκεῖν, καθ' ὅπερ οὔτε ἀνδρῶν ἐπιμιξία καθέστηκεν οὔτε αὐτεξούσιος δίαιτα, ἀλλὰ βίος συνεσταλμένος καὶ μέτριος καὶ ὑπὸ τοῦ συνόντος πλήθους μαρτυρούμενος. Βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἀγομένας διακόνους εἴτε ἐκ χηρείας εἴτε ἐκ παρθενίας μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν ἢ συγγενῶν ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν· τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι πάσης πονηρᾶς ὑποψίας τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον· ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν ἢ γονεῦσι μόνοις καὶ παισὶν ἢ ταῖς ἀληθείαις ἀδελφοῖς ἢ θείοις συνεῖναι, ἐφ' ὧν εἴ τις ὑποπτεῦσαί τι τολμήσειε πονηρόν, αὐτὸς ἀνόσιός τε ἅμα καὶ ἀσεβὴς εἰκότως νομισθήσεται, ὥστε εἰ λέγοιτό τι τοιοῦτο περί τινος τῶν εἰς διακονίσσης χειροτονίαν ἐμβαίνειν βουλομένων, ὥς τινι σύνεστιν ἐσχηματισμένῃ μὲν ἀγαθῇ προσηγορίᾳ, πονηρᾷ δὲ ὑποψίᾳ, οὐδὲ τὴν τοιαύτην γυναῖκα προσίεσθαι παντελῶς εἰς χειροτονίαν διακονίας· ἐπειδὴ κἂν εἰ χειροτονηθείη, καὶ τί τοιοῦτο πράξειε καὶ

uxores. Non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias neque vitam habentibus non dicimus reprehensibilem sed neque suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium et adorandis ministrare baptismatibus et aliis adesse secretis, quae in venerabilibus mysteriis per eas rite aguntur. Si vero quaedam necessitas fiat et minorem ab hac aetate qua diximus ordinari diaconissam contigerit, liceat eam in aliquo venerabilium asceteriorum ordinari et in illo habitare, ne quaquam viris admixta constituta sit neque suo arbitrio habitans, sed vitae separatae et mediocris, et conveniente multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem et ipsas, quae ad ordinationem perducuntur, diaconissas, sive ex viduitate sive ex virginitate, non cum aliquo cohaerentes aut cognatorum aut eorum quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes maligna suspicione suam replent vitam); sed aut solae habitent, aut cum parentibus solis et filiis aut vere fratribus aut iis cohaerere, de quibus si quis suspicari aliquid praesumpserit malignum, ipse insipiens simul et impius forsan putabitur. Ut si dicatur tale aliquid de aliqua earum quae in diaconissarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohaeret, sub imagine quidem bonae appellationis, maligna vero suspicione, non oportet huiusmodi mulierem produci omnino ad ordinationem diaconiae. Nam etsi ordinetur, et tale aliquid egerit, et cohaeserit

συνοικοίη τινὶ μετὰ τοῦ ῥηθέντος ὀνόματος ἢ σχήματος, ἐκπεσεῖται μὲν τῆς διακονίας καὶ αὐτὴ δὲ κἀκεῖνος ὑπεύθυνοι ἔσονται τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς τοὺς φθορέας κολάζουσι. Δεῖ δὲ πάσας τὰς χειροτονουμένας εὐλαβεστάτας διακόνους καὶ αὐτὰς κατὰ τὸν τῆς χειροτονίας καιρὸν καὶ νουτεθεῖσθαι καὶ τῶν ἱερῶν ἀκούειν παραγγελμάτων ἐπὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἤδη οὐσῶν εὐλαβεστάτων διακόνων ὥστε αὐτὰς καὶ τὸ τοῦ θεοῦ δέος ἐχούσας καὶ τὴν προσοῦσαν τοῖς ἱεροῖς παραγγέλμασι παρρησίαν φοβεῖσθαί τε καὶ αἰσχύνεσθαι τῆς ἱερᾶς ἐκπεσεῖν τάξεως, εἰδυίας ὡς, εἰ θαρρήσαιεν ἢ καταισχῦναι τὴν χειροτονίαν ἢ ἀπολιποῦσαι τὴν ἱερὰν χειροτονίαν, προσομιλῆσαι γάμοις ἢ ἄλλην ὅλως ἑλέσθαι βίου πονηρὰν πορείαν, αὐταί τε ἔνοχοι γενήσονται θανάτου καὶ τὰ τῆς περιουσίας αὐτῶν προσκυρωθήσεται ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς μοναστηρίοις, ἐν οἷς εἰσιν. Οἵ τε ταύτας φθεῖραι ἢ γῆμαι θαρρήσαντες ὑπεύθυνοι μὲν καὶ αὐτοὶ ξίφους ἔσονται, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτῶν καθέξει τὸ δημόσιον. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς πάλαι νόμοις ταῖς παρ' ἐκείνοις εἰς τὴν αὐτῶν πλάνην καλουμέναις παρθένοις θάνατος ἐπῆν ἡ ζημία φθαρείσαις, πῶς οὐ μᾶλλον ἡμεῖς τοῦτο ἐπὶ τῶν τἀληθῆ περὶ θεοῦ δοξασουσῶν ὁριοῦμεν, τὴν σωφροσύνην ὅπως ἂν τό τε πρέπον τῇ φύσει φυλάττοιεν τό τε ὀφειλόμενον τῇ ἱερωσύνῃ τηροῖεν.

alicui cum praedicto nomine aut schemate, cadat quidem a diaconia, et ipsa autem et illi subiecti erunt huic legi et reliquis, quae corruptores puniunt. Oportet enim omnes quae ordinantur venerabiles diaconissas tempore ordinationis et moneri et sacrorum audire mandatorum coram reliquis quae dudum sunt venerabiles diaconissae, ut ipsae et dei timorem habeant, et adhaerentem sacris mandatis fiduciam, timere autem et confundi sacro cadere ordine, scituras, quod, si praesumpserint aut erubescentes ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam, ipsae quidem obligatae efficiuntur morti et substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis in quibus sunt. Qui vero eas aut uxores accipere aut corrumpere praesumpserint obnoxii quidem et ipsi gladio erunt; substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim in antiquis legibus virginibus illis, quae in eorum errorem vocabantur, mortis incumbebat damnum corruptis, quomodo non magis nos in his quae a deo glorificantur, definimus pudicitiam quae quam maxime mulieres ornat, conservari volentes competens venerabilibus diaconissis, ut et quod decet naturae custodiant et quod debetur sacerdotio conservent.

Nov. 123, 13[1] (Schoell-Kroll p. 604).

Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν 30 ἐνιαυτῶν γίνεσθαι οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' οὐδὲ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον ἥττονα τῶν 25, οὐδὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν 18 ἐνιαυτῶν, διακόνισσαν δὲ ἐν ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ χειροτονεῖσθαι ἥτις ἐλάττων ἐστὶν ἐνιαυτῶν τεσσαράκοντα ἢ εἰς δευτέρους ἦλθε γάμους.

Presbyterum autem minorem XXX annorum fieri non permittimus, sed neque diaconum aut subdiaconum minorem XXV neque lectorem minorem XVIII annorum, diaconissam vero in sanctam ecclesiam non ordinari quae minor est annorum quadraginta aut ad secundas venit nuptias.

Nov. 123, 21 (Schoell-Kroll p. 609).

Εἴ τις κατά τινος κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ ἢ διακονίσσης ἢ μοναστρίας ἢ ἀσκητρίας ἔχοι τινὰ ἀγωγήν, διδασκέτω πρότερον τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον, ᾧτινι τούτων ἕκαστος ὑπόκειται, ὁ δὲ τὸ πρᾶγμα μεταξὺ αὐτῶν διακρινέτω[2].

Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habet aliquem actionem, doceat prius sanctissimum episcopum cui horum unusquisque subiacet, ille vero causam inter eos iudicet.

Nov. 123, 30[3] (Schoell-Kroll p. 616).

Διακόνισσαν δὲ οὐδενὶ τρόπῳ μετὰ ἀνδρός, ἐξ οὗ δύναται ἀσέμνου βίου ἀναφύεσθαι ὑποψία, οἰκεῖν συγχωροῦμεν. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλάξει, ὁ ἱερεὺς ὑφ' ὃν τέτακται ὑπομιμνησκέτω ταύτην, ἵνα πᾶσι τρόποις τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐκβάλλῃ τοῦ ἰδίου οἴκου. Εἰ δὲ τοῦτο ὑπέρθηται πρᾶξαι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπηρεσίας καὶ τῶν ἰδίων διαρίων ἀλλοτριουμένη ἐν μοναστηρίῳ παραδιδόσθω κἀκεῖ πάντα τὸν τῆς ἰδίας ζωῆς χρόνον διατελείτω· τῶν πραγμάτων αὐτῆς, εἰ μὲν παῖδας ἔχοι, μεταξὺ αὐτῆς κἀκείνων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν προσώπων διαιρουμένων, ἵνα τὸ ἁρμόζον τῇ αὐτῇ γυναικὶ μέρος τὸ μοναστήριον λαμβάνον

Diaconissam vero nullo modo cum viro, ex quo potest inhonestae vitae emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero haec non observet, sacerdos sub quo subiacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum eiciat sua domo. Si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio et propriis emolumentis alienata monasterio tradatur, et ibi omni suae vitae tempore degat: rebus eius, si quidem filios habeat, inter se et illos secundum numerum personarum dividendis, ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens eam alat; si autem non habuerit filios, omnis eius substantia

[1] a. 546.
[2] Si intra dies decem conciliati non sunt, locorum iudex causam examinet.
[3] a. 546.

ταύτην ἀποτρέφοι. Εἰ δὲ μὴ ἔχοι παῖδας, πᾶσα ἡ αὐτῆς περιουσία μεταξὺ τοῦ μοναστηρίου ὅπου ἐμβάλλεται καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ πρότερον ἐτέτακτο ἐξ ἴσης μοίρας διαιρείσθω.

inter monasterium, ubi immittitur, et ecclesiam, in qua prius erat constituta, ex aequa portione dividatur.

Nov. 123, 43 (Schoell-Kroll p. 623 sq.).

Εἴ τις ἁρπάσει ἢ ὑπονοθεύσει ἢ διαφθείρῃ ἀσκήτριαν ἢ διακόνισσαν ἢ μονάστριαν ἢ ἄλλην οἱανοῦν γυναῖκα εὐλαβῆ βίον ἢ σχῆμα ἔχουσαν τὰ τούτου πράγματα καὶ τῶν τοῦ τοιούτου μύσους αὐτῷ μετασχόντων κελεύομεν τῷ εὐαγεῖ τόπῳ, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη γυνὴ ᾤκει, διὰ τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων ἐπισκόπων καὶ τῶν οἰκονόμων αὐτῶν οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχόντων καὶ τῶν αὐτῶν τάξεων ἐκδικεῖσθαι, τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα πλημμελήσαντας καὶ τοὺς μετασχόντας αὐτῶν τὸν εἰς κεφαλὴν κίνδυνον ὑπομένειν, τὴν δὲ τοιαύτην γυναῖκα πανταχοῦ ἀναζητεῖσθαι καὶ μετὰ τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐν μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι, ἐν ᾧ ἀσφαλέστερον φυλάττεσθαι δύναται, ἵνα μὴ καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐγκλήματι εὑρεθείη. Εἰ μέντοιγε διακόνισσα εἴη καὶ παῖδας ἔχοι νομίμους, τὸ νόμιμον μέρος δίδοσθαι τοῖς παισίν.

Si quis rapuerit aut sollicitaverit aut corruperit ascetriam aut diaconissam aut monastriam aut aliam quamlibet feminam venerabilem habitum habentem, huius res et talis sceleris eius participum iubemus venerabili loco in quo talis femina habitabat per locorum sanctissimos episcopos et oeconomos eorum nec non etiam cuiuslibet provinciae iudices et eorum officia vindicari, eos autem qui talia deliquerunt et participes eorum sceleris capitale periculum sustinere, talem vero mulierem ubique quaeri et cum propriis rebus in monasterio recondi in quo cautius custodiri possit, ut non rursus in eodem crimine reperiatur. Si vero diaconissa fuerit, et filios habuerit legitimos, legitimum partem dare filiis.

Nov. 131, 13[1] (Schoell-Kroll p. 662)

(23 sqq.). *Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἢ οἱουδήποτε ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ ὑπηρέτης ἢ ἐκκλησίας διακόνισσα τελευτήσει ἄνευ διαθηκῶν καὶ νομίμων διαδόχων, ἡ τούτων διαδοχὴ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφερέτω ἐν ᾗ ἔτυχον κεχειροτονημένοι.*

Si quis autem episcopus aut clericus aut cuiuslibet ecclesiastici gradus minister aut ecclesiae diaconissa moriatur sine testamentis et legitimis successoribus, horum successio ecclesiae competat in qua constituti fuerunt.

[1] a. 545.

Joannes Moschus[1] (Eucratas), *Pratum spirituale*

(MPG 87, 2853). *Ἦν τις Κόνων, ὀνόματι Κίλιξ πρεσβύτερος εἰς τὸ βάπτισμα· καὶ ὡς μέγαν ὄντα τὸν γέροντα, ἔταξαν αὐτὸν ποιεῖν τὰ βαπτίσματα, αὐτὸς δὲ ἔχριεν καὶ ἐβάπτιζεν τοὺς ἐπὶ τοῦτο παραγενομένους. Καθ' ὅτι οὖν ἔχριεν γυναῖκα, ἐσκανδαλίζετο, καὶ διὰ τοῦτο ἤθελεν ἀναχωρῆσαι τοῦ κοινοβίου. . . . Ἐν μιᾷ οὖν ἦλθεν κόρη Πέρσισα ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι· ἦν δὲ εὐειδὴς πάνυ ὡραία, ὥστε μὴ δυνηθῆναι τὸν πρεσβύτερον αὐτὴν χρῖσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· καὶ ποιησάσης αὐτῆς δύο ἡμέρας ἤκουσεν ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ἐξεπλάγη ἐπὶ τὸ γεγονότι καὶ ἠθέλησεν ἀφορίσαι διάκονον γυναῖκα ἐπὶ τῷ αὐτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, διὰ τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸν τρόπον.*

(MPG 87, 2854/55). Presbyter quidam erat ad baptismi ministerium, Conon nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitae merito patres iusserant, ut baptizaret accedentes. Ipse igitur sancto chrismate ungebat et baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abscedere volebat. ... Quadam vero die venit puella ex Perside, ut baptizaretur, quae ita speciosa erat ac tantae pulchritudinis, ut non posset presbyter nudam eam sancto oleo inungere. Cum sic vero puella illic mansisset duos dies, audiens hoc archiepiscopus Petrus obstupuit de sene vehementer, voluitque ad hoc opus delegare diaconissam mulierem. Sed id non fecit, ne contra canones fecisse videretur.

Concilium Trullanum (Quinisexta synodus)[2], *c. 14*

(Mansi XI, 949). *Ὁ τῶν ἁγίων θεοφόρων πατέρων ἡμῶν κρατείτω κανὼν καὶ ἐν τούτῳ ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν λ' ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι κἂν πάνυ ᾖ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλ' ἀποτηρεῖσθαι . . . ὁμοίως μήτε διάκονος πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε ἐτῶν μήτε διακόνισσα πρὸ τῶν μ' χρόνων χειροτονείσθω.*

(Mansi XI, 950). Sanctorum divinorumque patrum nostrorum canon in his quoque valeat, ut presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiam si sit homo valde dignus, sed reservetur. ... Similiter nec diaconus ante viginti quinque annos nec diaconissa ante quadraginta annos ordinetur.

Concilium Trullanum, c. 48

(Mansi XI, 965/66). *Ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου*

(Mansi XI, 966). Uxor eius, qui ad episcopalem dignitatem promo-

[1] † 619.
[2] a. 692.

γυνὴ κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα μετὰ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω πόρρω τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ, καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω· εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβασθήσεται ἀξίωμα.

vetur, communi sui viri consensu prius separata, postquam in episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab episcopi habitatione exstructum et episcopi providentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem provehetur.

II. Ecclesia occidentalis.

Pastor Hermae Vis. II, 4, 3

(Funk, Patr. apost. I p. 430, 10 sqq.). *Γράψεις οὖν δύο βιβλαρίδια καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. Πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις, ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται· Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς.*

(Funk, Patr. apost. I p. 431, 10 sqq.). Scribes igitur duos libellos et mittes unum Clementi et unum Graptae. Mittet ergo Clemens in exteras civitates; illi enim mandatum est; Grapte autem monebit viduas et orphanos.

Tertullianus, De praescr. haer. 41, 5 (Rauschen p. 57).

Ipsae mulieres haereticae, quam procaces! Quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan et tingere.

Tertullianus, De baptismo c. 17 (Lupton p. 48 sq.).

Petulantia autem mulieris, quae usurpavit docere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi si quae nova bestia evenerit similis pristinae, ut, quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat. Quodsi quae Pauli perperam inscripta sunt exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt, sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Quam enim fidei proximum videretur, ut is docendi et tinguendi daret feminae potestatem, qui ne discere quidem constanter mulieri permisit? Taceant, inquit, et domi maritos suos consulant.

Tertullianus, Ad uxorem c. 7 (Oehler I p. 679 sq.).

Facultatem continentiae, quantum possumus, diligamus, quam primum obvenerit, inbibamus, ut quod in matrimonio non valuimus, in

viduitate sectemur [1]. Amplectanda occasio est quae adimit quod necessitas imperabat. Quantum detrahant fidei, quantum obstrepant sanctitati nuptiae secundae, disciplina ecclesiae et praescriptio apostoli declarat, cum digamos non sinat praesidere [2], cum viduam adlegi in ordinem nisi univiram non concedat [3]. Aram enim dei mundam proponi oportet. Tota illa ecclesiae candida [4] de sanctitate describitur. Sacerdotium viduitatis et caelibatûm est apud nationes. Pro diaboli scilicet aemulatione.

Tertullianus, De virginibus velandis c. 9 (Oehler I p. 896 sq.).

Plane scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum XX collocatam. Cui si quid refrigerii debuerat episcopus, aliter utique salvo respectu disciplinae praestare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim, monstrum, in ecclesia denotaretur, virgo vidua, hoc quidem portentuosior, quod nec qua vidua caput texit, utrumque se negans, et virginem, quae vidua deputetur, et viduam, quae virgo dicatur. Sed ea auctoritate illic sedet intecta qua et virgo, ad quam sedem praeter annos LX non tantum univirae, id est nuptae, aliquando eliguntur, sed et matres, et quidem educatrices filiorum, scilicet ut experimentis omnium affectuum structae et facile norint ceteras et consilio et solatio iuvare, et ut nihilominus ea decucurrerint, per quae femina probari potest. Adeo nihil virgini ad honorem de loco permissum est.

Tertullianus, De pudicitia c. 13, 7 (Rauschen p. 62).

Et tu quidem paenitentiae moechi ad exorandum fraternitatem in ecclesiam inducens, conciliatum et concineratum cum dedecore et horrore compositum prosternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacrimas suadentem, omnium vestigia lambentem, omnium genua detinentem, inque eum hominis exitum quantis potes misericordiae inlecebris bonus pastor et benedictus papa contionaris et in parabola ovis capras tuas quaeris, tua ovis ne rursus de grege exiliat [5].

Hieronymus ep. 52 [6], *5* (CSEL LIV p. 423)

(4 sqq.). Omnes puellas et virgines Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige; ne sub eodem tecto manseris; ne in praeterita castitate confidas.

[1] Tertullianus uxorem admonet, ut marito mortuo viduitatem sanctam servet.
[2] I Tim. 3, 11.
[3] I Tim. 5, 9.
[4] candida = dignitas? Cf. Oehler I, 680, adn. c.
[5] De interpretatione huius loci cf. Rauschen, Tert., De pud. p. 62 adnotationes, et opuscula apud Funk-Bihlmeyer, Kirchengeschichte, 1. Teil: Das christl. Altertum ([10] 1936), pag. 116 laudata.
[6] Ad Nepotianum presbyterum.

(12 sqq.). Multas anus nutrit ecclesia, quae et officium praebeant et beneficium accipiant ministrando, ut infirmitas quoque tua fructum habeat elemosynae.

(16 sqq.). Si propter officium clericatus aut vidua tibi visitatur, aut virgo, numquam domum solus introeas talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris.

Concilium Carthaginiense[1] *c. 3* (Mansi III, 693).

... Ab universis episcopis dictum est: chrismatis confectio et puellarum consecratio a presbyteris non fiant ...

Concilium Hipponiense[2] *c. 1* (Mansi III, 920).

... Ut ante XXV aetatis annos nec clerici ordinentur, nec virgines consecrentur.

Concilium Hipponiense c. 34 (Mansi III, 923/24).

Ut presbyter non consulto episcopo virgines non consecret.

Synodus Nemausensis[3], *c. 2* (Hefele-Leclercq p. 93).

Illud aetiam a quibusdam suggestum est, ut contra apostolicam disciplinam incognito usque in hoc tempus in ministerium feminae nescio quo loco levviticum videantur adsumptae; quod quidem, quia indecens est, non admittit ecclesiastica disciplina; et contra rationem facta talis ordinatio distruatur: providendum, ne quis sibi hoc ultra praesumat.

Statuta ecclesiae antiqua[4] *c. 11* (Mansi III, 952).

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni et sanctimoniae aptis.

Statuta ecclesiae antiqua c. 12 (Mansi III, 952).

Viduae vel sanctimoniales, quae ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructae sint ad officium, ut possint apto et sano sermone docere imperitas et rusticas mulieres, tempore quo baptizandae sunt, qualiter baptizatori interrogatae respondeant et qualiter accepto baptismate vivant.

[1] a. 390 vel 387.

[2] a. 393.

[3] a. 394; Nemausus his diebus = Nîmes.

[4] Haec statuta dicuntur canones esse concilii IV. Carthaginiensis (a. 398). Revera sunt collectio canonum ex multis Africanis conciliis collata; a. 398 Carthagine concilium celebratum non est (cf. Hefele II p. 68).

Statuta ecclesiae antiqua c. 99 (Mansi III, 959).

Mulier, quamvis docta et sancta, viros in conventu docere non praesumat.

Statuta ecclesiae antiqua c. 100 (Mansi III, 959).

Mulier baptizare non praesumat.

Sedulius, Epistola ad Macedonium [carmini paschali praemissa] (Sedulius, ed. J. Huemer[1] p. 9 sq.).

Quis non optet et ambiat eximio Syncletices, sacrae virginis ac ministrae, placere iudicio, quae superbi sanguinis nobilitatem sic humilitate provexit ad gloriam, ut in caelestis patriae senatu fieri mereatur adlecta? Vere dignum in quo Dominus habitet templum, ieiuniis castigatum, orationibus refectum, puritate mundissimum. Scripturas autem ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotavit, ut, nisi sexus licentia defuisset, posset et docere, licet in membris feminei corporis animus sit virilis. De cotidianae vero misericordiae dispensatione reticeo, quam sic exercet ut sileat, sic largitur ut lateat.

Concilium Arausicanum I[2] *c. 26* (Mansi VI, 440).

Diaconae omnimodis non ordinandae: si quae iam sunt, benedictioni quae populo impenditur, capita submittant[3].

Concilium Veneticum[4] *c. 4* (Mansi VII, 553).

Eas etiam, quae virginitatem professae et benedictionem fuerint per manus impositionem sub contestatione huius propositi consecutae, si fuerint in adulterio deprehensae, cum adulteris ipsarum arcendas a communione censemus.

Gelasii papae I. ep. 14[5] (A. Thiel, Epistolae Romanorum pontificum, Brunsbergae 1868).

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutis.

c. 13 (p. 369 sq.). Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quoniam quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma praestituit, non est penitus usurpandum; eisque sic ecclesiastica sunt ferenda praesidia, ut nihil committatur illicitum.

[1] CSEL X et XI, Vindobonae 1885.
[2] a. 441; Arausio his diebus = Orange.
[3] Cf. c. 21 conc. Epaonensis, infra p. 47 et c. 18 conc. Aurelianensis II, infra p. 49.
[4] a. 465; Venetia nostris diebus = Vannes.
[5] a. 494.

c. 20 (p. 373 sq.). Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum deo propositum incesta foedera sacrilegaque miscere. Quos protinus aequum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatamque poenitentiam omnino non recipi; aut his certe viaticum de saeculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negari.

c. 21 (p. 374). Nam de viduis sub nulla benedictione velandis superius latius duximus disserendum. Quae si propria voluntate professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcaverit, periculi eius intererit, quali deum debet satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterit, secundum apostolum nullatenus nubere vetabatur, si habita secum deliberatione promissam deo pudicitiae fidem debuit custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solas adhortationes praemii sempiterni poenasque proponere divini iudicii, ut et nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem deo reddat intentio. Cavendum est quippe, quae de earum moribus actibusque beatus apostolus testatur; quod planius exponere praeterimus, ne sensus sexus instabilis non tam deterrere quam admonere videamur.

c. 26 (p. 376 sqq.). Impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminae sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque non nisi virorum famulatui deputata sexum, cui non competunt, exhibere. Nisi quod omnium delictorum, quae singillatim perstrinximus, noxiorum reatus omnis et crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando pravis excessibus se favere significant: si tamen sacerdotum iam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic posternere moliuntur, ut in perversa quaeque profanaque declives, sine ullo respectu regulae Christianae praecipitia funesta sectentur. Quumque scriptum sit, Minima qui spernit, paulatim decidit (Eccli. 19, 1), quid est de talibus existimandum, qui immensis ac multiplicibus pravitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quae non solum ipsos videatur obruere, sed et ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant non solum qui haec ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii se iacere dispendio, si non quanta possunt celeritate festinent, ut lethalia vulnera competenti medicatione salventur. Quo enim more teneant iura pontificum, qui pontificalibus excubiis eatenus iniuncta dissimulant, ut contraria domui dei, cui praesident, potius operentur? Quantumque apud deum possent, si non nisi convenientia procurarent, tantum quid mereantur adspiciant, quum exsecrabili studio sectantur adversa, et quasi magis haec regula sit, qua ecclesiae debent gubernari, sic quidquid est ecclesiasticis

inimicum regulis perpetratur; quum et si cognitos habuit canones unusquisque pontificum, intemerata debuerit tenere custodia, et si forsitan nesciebat, consulere fidenter opportuerit ignorantem. Quo magis excusatio nulla succurrit errantibus, qui nec sciens proposuit servare, quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

Litterae trium episcoporum Gallicorum anno 511 scriptae (J. Friedrich, Über die Cenones der Montanisten bei Hieronymus: Sitz.-Ber. der Bayr. Akademie, philos.-hist. Kl. 1895, H. 2, p. 209 sq.) [1].

Dominis beatissimis in Christo fratribus Lovocato et Catiherno presbyteris Lecinius, Melanius et Eustochius episcopi. Viri venerabilis Sparati presbyteri relatione cognovimus quod . . . quasdam tabulas per diversorum civium capannas circumferre non desinatis et missas ibidem adhibitis mulieribus in sacrificio divino, quas conhospitas nominastis, facere praesumatis; sicut erogantibus vobis eucharistiae illae vobis positis calices teneant et sanguinem Christi populo administrare praesumant. Cuius rei novitas et inaudita superstitio non leviter contristavit, ut tam horrenda secta, quae intra Gallias numquam fuisse probatur, nostris temporibus videatur mergere, quam patres orientales pepodianam vocant, pro eo quod Pepodius auctor huius scismatis fuerit, mulieres sibi in sacrificio divino socias habere praesumpserit, praecipientes: Ut quicumque huic errori voluerit inherere, a communione ecclesiastica reddatur extraneus. Qua de re caritatem vestram in Christi amore pro ecclesiae unitate et fidei catholicae . . . e [2] inprimis credidimus admonendam, obsecrantes, ut, cum ad vos nostrae pervenerunt paginae litterarum, repentina de praedictis rebus emendatio subsecuta, id est, ut antedictas tabulas, quas a presbyteris non dubitamus, ut dicitis, consecratas, et de mulieribus illis, quas conhospitas dicitis, quae nuncupatio non sine quodam periculo [3] dicitur animi, vel auditur, quod clerum infamat, et sancta in religione tam detestandum nomen pudorem incutit et horrorem. Idcirco secundum statuta patrum caritati vestrae praecipimus: Ut non solum huiuscemodi mulierculae sacramenta divina pro inlicita administratione non polluant; sed etiam praeter matrem, aviam, sororem vel neptem intra tectum cellolae suae si quis ad cohabitandum habere voluerit, canonum sententia a sacrosanctis liminibus ecclesiae arceatur. Convenit itaque nobis, fratres carissimi, si ita est, ut ad nos de supradicto perveniat negotio emendationem celerrimam exhibere, quia pro salute animarum et pro aedificatione populi res ab ecclesiastico ordine

[1] Hunc locum ut libello insererem, monuit Rev. Dr. A. Kalsbach.

[2] Lacunam exhibet codex.

[3] Sic Friedrich; in codice legitur: primo.

tam turpiter depravatas velociter expedit emendare, ut nec vos pertinacitas huius obstinationis ad maiorem confusionem exhibeat, nec nobis necesse sit cum virga ad vos venire apostolica [I Cor. 4, 21], si caritatem renuatis, et tradere satanae in interitum carnis, ut spiritus possit salvari [I Cor. 5, 5], hoc est, tradere satanae, cum ab ecclesiastico grege pro crimine suo quisquis fuerit separatus, non dubitet se a daemonibus tamquam lupis rapacibus devorandum [cf. II Petr. 5, 8].

Concilium Epaonense[1] *c. 21* (Mansi VIII, 561).

Viduarum consecrationem, quas diaconas vocitant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, sola eis poenitentiae benedictione, si converti ambiunt, imponenda[2].

Anonymus, Catalogus sanctorum Hiberniae secundum diversa tempora[3] (A. W. Haddan-W. Stubbs, Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland, Oxford 1878, II 2, p. 292)[4].

Primus ordo catholicorum sanctorum erat in tempore Patricii. Et tunc erant episcopi omnes, clari et sancti et Spiritus sancto pleni, CCCL numero, ecclesiarum fundatores. Unum caput Christum et unum ducem Patricium habebant; unam missam, unam celebrationem, unam tonsuram ab aure usque ad aurem sufferebant. Unum pascha, quarta decima luna post aequinoctium vernale, celebrabant; et quod excommunicatum esset ab una ecclesia, omnes excommunicabant. Mulierum administrationem et consortia non respuebant; quia super petram Christi fundati, ventum tentationis non timebant. Hic ordo sanctorum per quatuor duravit regna[5].

Secundus ordo catholicorum presbyterorum. In hoc enim ordine pauci erant episcopi et multi presbyteri, numero CCC. Unum caput Dominum nostrum habebant; diversas missas celebrabant, et diversas regulas: unum pascha quartadecima luna post aequinoctium, unam tonsuram ab aure ad aurem. Abnegabant mulierum administrationem, separantes eas a monasteriis. Hic ordo per quaterna adhuc regna duravit[6].

---

[1] a. 517.
[2] Iteratur in conc. Turonensi II (a. 567), Mansi IX, 800.
[3] Circa a. 750.
[4] Hunc locum ut libello insererem, monuit Rev. Dr. A. Kalsbach.
[5] ca. 440—543.
[6] 543—599.

Ps.-Hieronymus[1], *Comm. in ep. ad Rom. 16* (MPL 30, 714).

„Commendo autem vobis Phoeben sororem nostram quae est in ministerio ecclesiae quae est in Cenchroeis.“ Sicut etiam nunc in orientalibus diaconissae in suo sexu ministrare videntur in baptismo, sive in ministerio verbi, quia privatim docuisse feminas invenimus, sicut Priscillam, cuius vir Aquila vocabatur.

Ps.-Hieronymus, Comm. in ep. I ad Tim. 3 (MPL 30, 880).

„Mulieres similiter pudicas.“ Similiter eas ut diaconos eligi iubet. Unde intelligitur, quod de his dicat, quas adhuc hodie in oriente diaconissas appellant.

Ps.-Hieronymus, Comm. in ep. I ad Tim. 5 (MPL 30, 883).

„Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri uxor.“ Tales voluit eligi diaconissas, quae omnibus essent exemplo vivendi.

Ps.-Hieronymus, Comm. in ep. I ad Tim. 5 (MPL 30, 883/4).

„Habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt.“ Quae se viduas promiserant permansuras. Haec regula non solum in viduis, sed in virginibus continentibus, quae primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est.

Venanti Fortunati[2] *Vita Sanctae Radegundis XII, 26; 28*
(Mon. Germ. Auctores antiquissimi IV, 2 p. 41).

Veniens ad beatum Medardum Novomago, supplicat[3] instanter ut ipsam mutata veste domino consecraret. . . . Sanctissima . . . intrans in sacrarium, monachica veste induitur, procedit ad altare, beatissimum Medardum his verbis alloquitur dicens: Si me consecrare distuleris . . . de manu tua, pastor, ovis anima requiratur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita consecravit diaconam.

Concilium Aurelianense II[4] *c. 17* (Mansi VIII, 837).

Faeminae, quae benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperunt, si ad coniugium probantur iterum devolutae, a communione pellantur[5].

[1] Anonymus quidam circa annum 530 commentarium Pelagii in Pauli epistulas retractavit.

[2] ca. 536 natus.

[3] sc. S. Radegundis.

[4] a. 533; Civitas Aureliani his diebus = Orléans.

[5] Cf. conc. Turonense II (a. 567) c. 20, Mansi IX, 798 sqq. Hoc canone iterantur alia statuta ecclesiae, quibus praecipitur virgines sanctimoniales et viduas pro-

Concilium Aurelianense II[1] *c. 18* (Mansi VIII, 837).

Placuit etiam, ut nulli postmodum faeminae diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

Concilium Aurelianense III[2] *c. 16* (Mansi IX, 16).

De raptoribus virginum consecratarum seu in proposito sub devotione viventium id statuimus, ut si quis consecratae vel devotae, id est religionem professae, vim inferre praesumpserit, a communione ecclesiastica usque ad exitum repellatur. . . . Quod si quae rapta dicitur cum raptore habitare consenserit, et ipsa excommunicatione simili feriatur. Quae forma et de poenitentibus ac viduis in proposito manentibus sub districtione ecclesiastica conservetur.

Gregorius Respectae abbatissae de Gallia Maxiliae[3]
(Gregorii I. papae registr. VII, 12: Mon. Germ. hist. Epp. I p. 454 sq.).

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter adsumat. Proinde quod in honore sancti Cassiani est consecratum monasterio in quo praeesse dinosceris iuxta petitionem filiorum nostrorum Dinamii atque Aurelianae, qui id religiosa devotione domui iuris sui iunctis uniisse aedificiis comprobantur, haec privilegia praevidimus indulgeri constituentes, ut obeunte ante dicti monasterii abbatissa non extranea, sed quam congregatio sibi de suis elegerit, ordinetur; quam tamen, si digna huic ministerio iudicata fuerit, eiusdem loci episcopus ordinet. In rebus autem vel dispositione

fessas a communione pellendas esse, cum nupserint vel adulteraverint; cc. 46 et 52 conc. Arelatensis II (a. 443 vel 452, Arelate nostris diebus = Arles), Mansi VII, 834.

Cf. etiam conc. Venet. c. 4, supra p. 44; conc. Aurel. III, c. 16, infra; conc. Rom. c. 5, infra p. 50 sq.; conc. Wormat. c. 73, infra p. 51.

Praeterea tractant de damnandis viduis vel virginibus vel diaconissis, quae nupserint vel adulteraverint, et de maritis vel raptoribus earum eadem poena multandis: c. 6 conc. Turonici I (a. 461), Mansi VII, 946; c. 5 conc. Parisiensis III (a. 557), Mansi IX, 745 sq.; c. 12 conc. Matisconensis (Macon, a. 581), Mansi IX, 934; c. 23 conc. Remensis (Reims, circa a. 630), Mansi X, 597; c. 55 conc. Toletani IV (a. 633), Mansi X, 632; c. 2 conc. Romani (a. 721), Mansi XII, 263; c. 10 eiusdem concilii, l. c. 264; cc. 14 et 15 eiusdem conc. l. c. 264; c. 4 conc. Bavarici apud Dingolfingiam (a. 772), Mansi XII, 851.

[1] a. 533.

[2] a. 538.

[3] Gregorius I. papa hac epistula a. 596 monasterio sancti Cassiani Massiliensi atque Respectae abbatissae secundum petitionem Dynamii atque Aurelianae privilegia concedit (cf. Mon. Germ. hist. Epp. I p. 454, adnotationes).

eiusdem monasterii neque episcopum neque ecclesiasticorum quemquam aliquam habere decernimus potestatem, sed ad haec sollicitudinis tuae, vel quae post te in eodem loco fuerit abbatissa, curam statuimus per omnia pertinere. Die siquidem natalis vel dedicationis monasterii suprascripti, episcopum missarum illic sacra convenit sollemnia celebrare; a quo tamen ita hoc est officium exsolvendum, ut cathedra eius nisi praedictis diebus, cum illic missarum sollemnia celebrat, non ponatur; quo discedente, simul etiam cathedra illius de eodem oratorio auferatur. Ceteris vero diebus per presbyterum, qui ab eodem episcopo fuerit deputatus, missarum officia peragantur.

Gregorius Januario episcopo Caralitano [1]

(Gregorii I. papae registr. IX, 197: Mon. Germ. hist. Epp. II p. 185 sq.).

Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum eiusdem monasterii iuris fiant, aperta legis definitione decretum est. Quod cum paene omnibus notum sit, in magna nos Gaviniae abbatissae monasterii sanctorum Gavini atque Luxurii insinuatio ammiratione perduxit, quod Syricam, monasterii sui abbatissam, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam asseruit reliquisse. Et dum de sanctitatis vestrae sollicitudine queremur, cur res monasterio competentes ab aliis pertulerit pertineri, communis filius Epiphanius archipresbyter vester praesens inventus respondit memoratam abbatissam usque diem obitus sui induisse vestem monachicam noluisse, sed in vestibus, quibus loci illius utuntur presbyterae, permansisse.

Concilium Romanum [2] *c. 5* (Mansi XII, 383).

Zacharias sanctissimus ac beatissimus episcopus sedis Apostolicae cum omnibus episcopis, presbyteris et diaconibus Domino volente et auxiliante, ita decreverunt, qualiter singulis capitulis nunc subter declaratur . . .

5. Ut presbyteram, diaconam, nonnam aut monacham vel spiritualem commatrem nullus sibi praesumat nefario coniugio copulare. Nam qui huiusmodi opus perpetraverit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum et dei iudicio condemnatum atque a sacro corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienum. Statuentes apostolica censura, ut quicumque sacerdotum eos communicare praesumpserit,

[1] Hac epistula Gregorius I. papa Januario, episcopo Caralitano, a. 599 praecipit, ut Syriae, abbatissae monasterii SS. Gavini et Luxurii, testamentum rescindat, quae, quamquam monachica veste abstinuerit, ordinatione tamen accepta et res suas monasterio cesserit et testandi ius amiserit.

[2] a. 743.

eorum consortio condemnatus sacerdotii sui honore privetur; si autem hi, qui coniuncti sunt, admoniti declinaverint, et ab alterutro fuerint divisi, poenitentiae submittantur, ut sacerdos loci providerit.

Agnellus, Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis, De S. Sergio [1] (Mon. Germ. Hist. SS. rer. Lang. p. 377).

Iste [2] laicus fuit et sponsam habuit. Quam post regimen ecclesiae suscepit, eam Eufimiam sponsam suam diaconissam consecravit.

Liber pontificalis: Vita Leonis III (Duchesne II p. 6).

Qui Romani prae nimio gaudio suum recipientes pastorem [3], omnes generaliter in vigilias beati Andreae apostoli, tam proceres clericorum cum omnibus clericis quamque optimates et senatus cunctaque militia, et universo populo Romano cum sanctimonialibus et diaconissis et nobilissimis matronis seu universis feminis simul etiam et cuncte scole peregrinorum, videlicet Francorum, Frisonorum, Saxonorum atque Langobardorum, simul omnes conexi, ad pontem Molvium, cum signis et vandis, canticis spiritalibus susceperunt et in ecclesia beati Petri apostoli eum deduxerunt, ubi et missarum solemnia celebravit et omnes pariter corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi fideliter participati sunt.

Concilium Wormatiense [4] *c. 73* (Mansi XV, 882).

Diaconissam non ordinandam ante annum quadragesimum et hoc summo libramine. Si vero suscipiens manus impositionem et aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptiis, gratiae dei contumeliam faciens anathemizetur . . . cum eo, qui eidem copulatur [5].

Vita [6] *S. Nili iunioris* [7] *c. XII*

(ASS Sept. VII, 330). *Τὸ ἄστυ* [8] *καταλαβόντος* (sc. *τοῦ ὁσίου Νείλου*) *ἔτρεχον ἅπαντες κατὰ τὰς λεωφόρους τοῦ θεάσασθαι τὸν τίμιον αὐτοῦ χαρακτῆρα καὶ μετασχεῖν τῆς αὐτοῦ εὐ-*

(MPG 120, 134). Cum vir sanctus . . . oppidum ingressus esset, currebant omnes per vias ut venerandum eius vultum inspicerent, et fierent benedictionis eius partici-

[1] Ordinatus est post 743 et ante 752.
[2] S. Sergius.
[3] Leonem III. papam (795—816), cum reverteretur Paderborna anno 799.
[4] a. 868.
[5] Cf. c. 15 conc. Chalcedonensis supra p. 28.
[6] Versimiliter a Bartholomaeo, abbate Grottoferatensi († ca. 1050), conscripta.
[7] 910—1005.
[8] Capua.

λογίας. Ἐν οἷς μία διάκονος, ἡγουμένη μοναστηρίου σὺν τῷ ἑαυτῆς πρεσβυτέρῳ νέῳ ὄντι καὶ σφριγῶντι τῇ ἡλικίᾳ συναγαγοῦσα δὲ καὶ τὰς ὑπ' αὐτὴν παρθένους ἐξῆλθεν εἰς ἀπάντησιν τοῦ ὁσίου.

pes. Inter illos fuit diaconissa quaedam monasterio praeposita cum suo presbytero iuvene et robore floridae aetatis vigente, quae virgines sibi subditas convocaret, et egressa erat obviam viro sancto.

Benedictus VIII. papa[1] *ecclesiae Portuensis privilegia possessionesque confirmat*[2] (MPL 139, 1621).

Pari modo concedimus et confirmamus vobis vestrisque successoribus in perpetuum omnem ordinationem episcopalem tam de presbyteris quam diaconibus vel diaconissis seu subdiaconibus[3].

Johannis Papae XIX[4]. *diploma, quo facultatem concedit episcopo Silvae Candidae divina officia certis diebus celebrandi in ecclesia S. Petri in Vaticano*[5] (Mabillon p. 156).

Consecrationes vero altarium ecclesiae s. Petri et aliorum monasteriorum, necnon consecrationes ecclesiarum, altarium, sacerdotum, clericorum, diaconorum seu diaconissarum totius civitatis Leonianae vobis vestrisque successoribus in perpetuum, sicut praelibatum est, concedimus et confirmamus.

B. Ecclesia monophysitica.

Severus Antiochenus[6] (Bar Hebraeus VII, 7; Mai p. 51).

Mos in oriente seu ditione Antiochena obtinet, ut abbatissae monialium diaconissae sint, ac subiectis monialibus sacramenta distribuant, idque presbytero casto aut diacono absentibus dumtaxat, minime vero iis praesentibus.

Severus Antiochenus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Chirotonia diaconissae fiat secundum regionis consuetudinem: porro in oriente notum est, quod humero eius orarium imponitur instar diaconi.

[1] 1012—1024.
[2] a. 1017.
[3] Leo IX. papa (1048—54) iisdem paene verbis a. 1048 eccl. Portuensis privilegia confirmat. Cf. MPL 143, 602.
[4] 1024—1032.
[5] a. 1026.
[6] Severus Antiochenus, monophysita ca. 465—538.

Johannes Tellanus[1] (Bar Hebraeus VII, 7; Mai p. 51).

Non permittitur mulieri diaconissae eucharistiam dare masculo, qui annum aetatis quintum excesserit.

Johannes Tellanus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Diaconissa, cum thus ponit, non debet suam vocem extollere et recitare orationem thuris.

Johannes Tellanus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Cum non habet viam mulierum, licet ei[2] ingredi in sanctuarium et dare sacramentum ac ministrare calicem, si fuerit necessitas; similiter etiam iussu episcopi potest in calicem infundere vinum et aquam.

Johannes Tellanus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Non est reprehensibilis mulier diaconissa, quae legit scripturas sacras, evangelium et cetera, in synaxi communi mulierum et in festis.

Johannes Tellanus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Cum non adest presbyter aut diaconus in coenobio sororum, diaconissa potest sanctuarium ingredi pro se et sororibus.

Johannes Tellanus (Bar Hebr. VII, 7; Mai p. 51).

Diaconissae in sanctuarium ingredi non licet neque in aedem martyrum virorum neque in monasterium mulierum praeterquam proprium nisi negotium urgeat.

Jacobus Edessenus[3] (Bar Hebraeus VII, 7; Mai p. 51).

Non licet diaconissae partem sancti corporis in calicem sanctificationis mittere aeque ac licet diacono, eo quod non est diaconissa altaris sed mulierum aegrotantium.

Jacobus Edessenus in Pontificali Jacobitarum (Assemani, Bibl. Or. II, Dissertatio de Monophysitis c. X, sine num. paginarum)[4].

Potestas infra altare omnino illi non est, quoniam et cum ordinatur, in ecclesia tantum stat. Et potestas, quam habet, haec est: ut

[1] Joh. bar Cursus, episcopus Tellae (ca. 483—538), monophysita.

[2] diaconissae.

[3] Jacobus Barâdai, episcopus Edessae, † 578; ab eo Jacobitae (monophysitae Syriae et Mesopotamiae et Babyloniae) nomen tenent.

[4] Textus sequentes Rev. D. Dr. Stummer e Syriaco in Latinum convertit et notas 1 et 2 p. 54 addidit.

verrat altare et accendat luminaria in sanctuario, et haec si non sit presbyter vel diaconus, qui sit propinquus. Ac demum habet potestatem, ut depromat sacramenta ex theca, ubi non adest presbyter vel diaconus et det mulieribus aut pueris. De altari autem non habet potestatem, ut ea depromat, neque ut ponat ea super illud, neque ut tangat omnino mensam vitae. Et cum praeparantur mulieres adultae, ut baptizentur, ungat eas iussu sacerdotis, et visitet et ungat gratia mulieres, quae aegrotant. Haec est potestas eius et secundum haec ministrat, et propter haec ordinatur, ut ministret coram sacerdotibus et pontificibus in ecclesia sancta dei.

Ex pontificali Nestorianorum (Assemani, Bibl. Or. III, 2 p. 851).

Et ita peragitur ordo de filiabus foederis, quae segregantur ad opus diaconatus. Ad altare autem non accedit, quia mulier est, sed tantum ad oleum unctionis. Et hoc est officium eius, ut oret in corde suo in capite filiarum foederis tempore officii [divini] et in fine orationis dicat amen, et ungat mulieres appropinquantes baptismo, et ipsa admoveat eas ad (verbotenus: subtus) manum sacerdotum; non enim est eis licitum ungere mulierem, sed tempore hoc ungunt, cum non fingat oculos suos sacerdos in feminam.

Michael, patriarcha Jacobitarum[1] (Assemani, Bibl. Or. II, Dissertatio de Monophysitis c. X, sine num. paginarum).

Chirotoniam[2], id est ordinationem faciebant olim etiam diaconissis. Et propterea scriptus est ordo, qui est de his, in libris antiquis. Erat enim olim necessitas, ut essent diaconissae (verbotenus: necessitas de diaconissis), praesertim propter baptismum mulierum. Eae enim, quae ex gentibus vel ex Iudaeis instituebantur in christianismo et accedebant ad baptismum sanctum, — per manus diaconissarum ungebant sacerdotes et pontifices mulieres [istas], cum baptizarentur. Et propter hoc etiam ordinationem id est chirotoniam faciebant ei, quae electa erat, ut sit diaconissa. Nos autem quia vidimus, longo iam tempore hanc rem ex ecclesia evanuisse, quia in infantia et puerili aetate baptizantur ei, qui baptizantur, et non esse necessitatem, ut sint diaconissae (verbotenus: necessitatem de diaconissis), quia non sunt mulieres, qui baptizentur, ac demum aliis de causis, non scripsimus hic ordinem istum, quamquam in multis libris probatis complete et accurate [scriptus] inveniatur. Et si quis pontificum, quia in aliquo tempore

---

[1] Michael † 1199. Anno 1171/72 Pontificale Syriacum iterum recensum est. Cf. A. Baumstark, Geschichte der Syrischen Literatur, Bonn 1922, p. 298 sqq.

[2] Syriaca lingua = methtesr^{e}chânûthâ.

occurat causa, voluerit diaconissam ordinare, mulierem de castitate testimonium habentem et satis senectuti propinquam ordinet, quia etiam sancti apostoli et patres ordinaverunt, ut fiat.

Ordines ad viduas diaconissasque consecrandas.

Const. apost. VIII, 19—20

(Funk I p. 524, 9 sqq.). 19. *Περὶ δὲ διακονίσσης Βαρθολομαῖος διατάσσομαι· ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας, παρεστῶτος τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς·* 20. *Ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργός, ὁ πληρώσας πνεύματος Μαριὰμ καὶ Δεββῶραν καὶ Ἄνναν καὶ Ὀλδάν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικός, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ πνεῦμα ἅγιον καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον εἰς δόξαν σὴν καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ᾽ οὗ σοὶ δόξα καὶ προσκύνησις καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν* [1].

(Funk I p. 525, 9 sqq.). 19. De diaconissa vero Bartholomaeus constituo. Episcope, impones ei manus, adstante presbyterio una cum diaconis ac diaconissis et dices: 20. Deus aeterne, pater Domini nostri Jesu Christi, creator viri ac mulieris, qui spiritu implevisti Mariam, Debboram, Annam et Holdam, qui non dedignatus es ex muliere nasci unigenitum filium tuum, qui in tabernaculo testimonii et in templo feminas custodes sanctarum ianuarum tuarum instituisti; ipse nunc quoque respice in famulam tuam hanc, electam ad ministerium, et da ei spiritum sanctum, et munda eam ab omni inquinamento carnis et spiritus, ut opus sibi commissum perficiat condigne in gloriam tuam et laudem Christi tui, cum quo tibi gloria et adoratio et sancto spiritui in saecula, amen.

Testamentum Domini I, 41 (Rahmani p. 99).

Ordinatio viduae fiat hoc modo: Ipsa orante in ingressu altaris et deorsum adspiciente, dicat episcopus submisse, ut sacerdotes tamen audire possint:

---

[1] Invenies hanc orationem etiam apud Assemanum, Cod. Liturg. p. 10 sq.

Oratio constituendarum viduarum, quae praecedentiam habent sedendo.

Deus sancte excelse, qui humilia respicis, qui elegisti infirmos et virtute pollentes, honorande qui etiam contemptibilia creasti, immitte, Domine, spiritum virtutis super hanc famulam tuam et tua veritate robora eam, ut, praeceptum tuum adimplens, et laborans in sanctuario tuo, sit tibi vas honorabile, et glorificet in die, quo pauperes tuos, Domine, glorificabis. Da ei virtutem hilariter perficiendi disciplinas a te praescriptas in regulam famulae tuae. Da, Domine, ei spiritum humilitatis, virtutis, patientiae et benignitatis, ut, laetitia ineffabili tollens iugum tuum, labores sustineat. Sane, Domine deus, qui nostram infirmitatem noscis, perfice famulam tuam in gloriam domus tuae, in aedificationem et in typum praeclarum; robora eam, deus, sanctifica, edoce et conforta, quoniam benedictum gloriosumque est regnum tuum, deus pater, tibique gloria, unigenito filio tuo Domino nostro Jesu Christo et spiritui sancto benefico, adorando, vivificatori, tibique consubstantiali, nunc ante omnia saecula et per generationes generationum et in saecula saeculorum. Amen. Populus: Amen.

Ad diaconam faciendam (Assemani, Cod. Lit. VIII, pars IV p. 115 sqq.).

Μετὰ τὸ γίνεσθαι τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν καὶ ἀνοιγῆναι τὰς θύρας, πρὶν ἢ εἰπεῖν τὸν διάκονον ʻΠάντων τῶν ἁγίωνʼ, προσφέρεται ἡ μέλλουσα χειροτονεῖσθαι τῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἐκφονῶν τὸ ʻἩ θεία χάριςʻ, κλινούσης αὐτῆς τὴν κεφαλήν, ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ ποιῶν σταυροὺς τρεῖς ἐπεύχεται ταῦτα· Ὦ θεὸς ἅγιος καὶ παντοδύναμος, ὁ διὰ τῆς ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ὁ ἁγιάσας τὸ θῆλυ, καὶ οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν δωρησάμενος τὴν χάριν καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα, ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου ταύτην καὶ προσκάλεσαι αὐτὴν εἰς τὸ ἔργον τῆς διακονίας σου, καὶ κατάπεμψον αὐτῇ τὴν πλουσίαν δωρεὰν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, διαφύλαξον αὐτὴν ἐν ὀρ-

Postquam facta est sancta oblatio et apertae sunt portae, antequam dicat diaconus „omnium sanctorum“ ordinanda ad episcopum ducitur, et alta voce pronuntians istud „divina gratia“ ordinandae caput inclinanti manum imponit, factisque tribus crucis signis sic precatur: Deus sancte et omnipotens, qui per nativitatem filii tui unigeniti et Dei nostri ex virgine secundum carnem sanctificasti sexum muliebrem et largitus es non solum viris sed etiam mulieribus gratiam et adventum Spiritus sancti; ipse nunc, Domine, respice super hanc ancillam tuam, eamque advoca ad opus ministerii tui et immitte in eam divitem et abundantem donationem s. tui Spiritus: conserva illam in orthodoxa fide, in conversatione irreprehen-

θοδόξῳ πίστει, ἐν ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ κατὰ τὸ σοὶ εὐάρεστον τὴν ἑαυτῆς λειτουργίαν διὰ παντὸς ἐκπληροῦσαν. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμή κτλ. Καὶ μετὰ τὸ ἀμὴν ποιεῖ εἷς τῶν διακόνων εὐχὴν οὕτως· Ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεθα ... ὑπὲρ τῆς δε τῆς νῦν προχειριζομένης διακονίσσης καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς, ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ἡμῶν ἄσπιλον καὶ ἀμώμητον αὐτῇ τὴν διακονίαν χαρίσηται ...

Καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι ταύτην τὴν εὐχὴν ὑπὸ τοῦ διακόνου ἔχων ὁμοίως ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς χειροτονουμένης ἐπεύχεται οὕτως· Δέσποτα κύριε ὁ μηδὲ γυναῖκας ἀναθεμένας ἑαυτὰς καὶ βουληθείσας καθ' ὃ προσήκει λειτουργεῖν τοῖς ἁγίοις οἴκοις σου ἀποβαλλόμενος, ἀλλὰ ταύτας ἐν τάξει λειτουργῶν προσδεξάμενος· δώρησαι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος καὶ τῇ δούλῃ σου ταύτῃ τῇ βουληθείσῃ ἀναθεῖναί σοι ἑαυτήν, καὶ τὴν τῆς διακονίας ἀποπληρῶσαι χάριν, ὡς ἔδωκας τὴν χάριν τῆς διακονίας σου Φοίβῃ, ἣν ἐκάλεσας εἰς τὸ ἔργον τῆς λειτουργίας· παράσχου αὐτῇ ὁ θεὸς ἀκατακρίτως προσκαρτερεῖν τοῖς ἁγίοις ναοῖς σου, ἐπιμελεῖσθαι τῆς οἰκείας πολιτείας σωφροσύνης μάλιστα καὶ τελείαν ἀνάδειξον δούλην σου, ἵνα καὶ αὐτὴ παραστῶσα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ σου ἄξιον τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἀπολήψηται τὸν μισθόν· ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ κτλ.

Καὶ μετὰ τὸ Ἀμὴν περιτίθησι τὸ τραχήλῳ αὐτῆς ὑποκάτωθεν τοῦ μαφορίου [1] *τὸ διακονικὸν ὠράριον, φέ-*

sibili, ministerium suum iuxta id, quod tibi placitum est, semper exequentem, quia te decet omnis gloria et honor. Dicto Amen diaconorum unus hanc facit orationem: In pace Dominum deprecemur ... pro hac ista, quae nunc promovetur diaconissa, et eius salute, ut clemens et hominum amans Deus noster puram et inculpatam illi largiatur diaconiam ...

Dum haec a diacono fit oratio, archiepiscopus similiter habens manum, super caput ordinandae ita precatur: Here Domine, qui non repellis mulieres, consecrantes se ipsas et volentes, ut decet, ministrare sanctis domibus tuis, sed eas in ordine ministrorum recipis: largire gratiam s. tui Spiritus et huic ancillae tuae, quae vult se ipsam tibi consecrare, ministeriique diaconici gratiam adimplere, ut largitus es Phoebae ministerii tui gratiam, quam vocasti ad opus huius administrationis. Da illi Deus sine culpa perseverare in sanctis templis tuis, caute curare propriam conversationem, moderationem praesertim et temperantiam. Effice praeterea ancillam tuam perfectam ut ipsa tribunali Christi tui adsistens dignum optimae conversationis fructum reportet, misericordia et humanitate unigeniti filii tui. Dicto Amen circumponit collo ipsius orarium sive stolam diaconicam subtus maphorium ipsius gestans anterius duas stolae extremitates. Tunc qui stat in ambone dicit „Omnium Sanc-

[1] Maphorium est velum longum mulieris deo consecratae (Assemani, Bibl. or. III, 2, 854).

ρων ἔμπροσθεν τὰς δύο ἀρχάς. Καὶ τότε ὁ ἐν τῷ ἄμβωνι ἑστὼς (sc. *διάκονος*) *λέγει, ‘Πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες‘, κτλ. Μετὰ τὸ μεταλαβεῖν αὐτὴν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τὸ ἅγιον ποτήριον, ὅπερ δεχομένη ἀποτίθεται ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ*[1].

torum memoriam agentes“ et reliqua. Postquam autem particeps facta est s. corporis et pretiosi sanguinis, tradit ei archiepiscopus sanctum calicem, quem accipiens in sancta mensa deponit[2].

Matthaeus Blastares, Syntagma alphabeticum Γ cap. XI

(MPG 144, 1176). *Τά γε μὴν παλαιὰ τῶν βιβλίων, οἷς ἡ τῶν χειροτονιῶν ἁπασῶν ἀκριβῶς ἐγγέγραπται τελετή, καὶ τὸν καθ᾽ ἡλικίαν ὁποῖον εἶναι δεῖ χρόνον ὑφηγεῖται τῆς διακόνου ὅτι τεσσαρακοστός· καὶ τὸ σχῆμα, ὅτι μοναχικόν, καὶ τοῦτο τέλειον· καὶ τὸν βίον, ὅτι τῶν ἀνδρῶν ἁμιλλᾶσθαι χρὴ ταύτην τοῖς ἄκροις τὴν ἀρετήν· τελεῖσθαι δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ, πλὴν ὀλίγων, ὅσα καὶ ἐπὶ τοῖς διακόνοις· τῇ γὰρ ἱερᾷ τραπέζῃ προσαγομένην μαφορίῳ καλύπτεσθαι, τῶν ἄκρων τούτου ἔμπροσθεν ἀπῃωρημένων· καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι το· ‘Ἡ θεία χάρις, ἡ τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα’, οὐδέτερον τῶν ποδῶν εἰς γόνυ κλίνειν, ἀλλὰ μόνην τὴν κεφαλήν· καὶ ἐπιτιθέναι ταύτῃ τὸν ἀρχιερέα τὴν χεῖρα, ἐπεύχεσθαι ἀμέμπτως αὐτὴν τὸ τῆς διακονίας ἔργον ἐπιτελέσαι, σωφροσύνην καὶ σεμνὴν πολιτείαν μετερχομένην, καὶ τοῖς ἁγίοις οὕτω ναοῖς προσκαρτερεῖν, οὐ μὲν καὶ τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις ὑπηρετεῖν ἐπιτρέπει ἢ ῥιπίδιον ἐγχειρίζεσθαι, ὡς ἐπὶ τοῦ διακόνου,*

(MPG 174, 1173). Porro veteres libri, in quibus ordinationum omnium peractio accurate inscripta est, quot annos agere debeat diaconissa declarant, nimirum XL, et habitum scilicet monachalem eumque perfectum; et vitam quod virorum virtutem in rebus excellentissimis aemulari debeat, et ea peragere, paucis dumtaxat exceptis, quae viri exsequuntur. Ea enim ad sacram mensam adducta velo tegitur, extremitatibus eius propendentibus; et postquam dictum fuerit ,,gratia divina quae infirmis medetur“, nec pedes movet nec genu, sed tantum caput inclinat; et tum antistes manum in eam imponens, precatur ut diaconissae officium inculpate exsequatur, castitatem et honestam vitae rationem colens, et sic in sacris templis assidua sit: mysteriis vero incontaminatis eam ministrare, aut flabellum tractare, more diaconi, non permittit. Deinde collo eius sub velo antistes orarium diaconi im-

[1] Invenies hunc ordinem etiam apud Goarium, Euchologium p. 262 sq. et apud Morinum, De sacr. ord. P. II p. 56 sq., p. 65, p. 80 sq., p. 200.

[2] Invenies hunc ordinem Latine scriptum etiam apud Pinium, Tractatus de ecclesiae diaconissis, ASS Sept. I, VI, 25 sq. et apud Martène l. II c. VII p. 200 et apud Goarium l. c.

εἶτα τῷ τραχήλῳ ταύτης ὑπὸ τὸ μαφόριον ἐπιτιθέναι τὸν ἀρχιερέα τὸ διακονικὸν ὠράριον, φέροντα εἰς τὰ ἔμπροσθεν τὰς δύο τούτου ἀρχάς, ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως, μετὰ τοὺς διακόνους τῶν θείων κοινωνεῖν αὐτὴν μυστηρίων· εἶτα λαμβάνουσαν τὸ ποτήριον ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἀρχιερέως μηδὲν μεταδιδόναι, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐπιτιθέναι τοῦτο τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ [1].

ponit, praeferens duas eius extremitates; in tempore autem participationis post diaconos sacra mysteria participat, deinde poculum ex antistitis manu accipiens, nemini tradit, sed in sacram mensam reponit.

Ordo Romanus ad diaconam faciendam (Hittorp col. 161 sq.).

Episcopus, cum diaconam benedicit, orarium in collo eius ponit. Quando autem ad ecclesiam procedit, portat illud super collum suum, sic vero, ut summitas orarii ex utraque parte sub tunica sit. Item missa ad diaconam consecrandam. Antiph. Deus in nomine tuo; psalm. Deus, exaudi orationem. Oremus. Deus, castitatis amator et continentiae conservator, supplicationem nostram benignus exaudi et hanc famulam tuam propitius intuere, ut quae pro timore tuo continentiae pudicitiam vovit, tuo auxilio conservet, et sexagesimum fructum continentiae et vitam aeternam te largiente percipiet. Per. Ad Corinthios. Fratres, nescitis, quoniam corpora vestra . . . Graduale. De necessitatibus meis. Versus. Ad te, Domine, levavi. Allel. Amavit eam Dominus.

Deinde prostrata illa ante altare, imponatur litania. Qua finita dicat episcopus super illam hanc orationem. Exaudi [2], Domine, preces nostras et super hanc famulam tuam N. spiritum tuae benedictionis emitte, ut coelesti munere ditata, et tuae gratiam possit maiestatis acquirere, et benevivendi aliis exemplum praebere. Per.

Sequitur consecratio in modum praefationis [3]. Deus, qui Annam filiam Phanuelis, vix per annos septem sortitam iugale coniugium, ita in annos octoginta quattuor in sancta et intemerata viduitate servasti, ut noctibus ac diebus orationes ieiuniaque miscentem, usque ad prophetiae gratiam sub circumcisione Christi tui, iustus remunerator, adduceres; quique deinceps per apostolicam intentionem sanctarum huius ordinationis manibus foeminarum, sexus ipsius adolescentulas

---

[1] Invenies hunc ordinem etiam apud Goarium, Euchologium p. 263 sq. et — ut legi apud Assemanum Bibl. or. III, 2 p. 853 — in Arcudii de sacramentis lib. VI, c. 10. Ipsa vidi solum Goarium.

[2] Hanc particulam huius ordinis invenies etiam apud Gerbertum, Vetus Liturgia Alem., Mon. S. Blasii 1776, Disqu. V, c. 4 p. 505.

[3] Orationem sequentem invenies etiam apud Martène p. 199.

ac iuniores instrui cum sancti chrismatis visitatione iussisti, suscipere dignare, omnipotens, piissime rerum omnium Deus, huius famulae tuae arduum et laboriosum nec satis discrepans a perfecta virginitate propositum, quia tu creaturarum omnium conditor probe nosti mundiales illecebras non posse vitari: sed cum ad te venitur per te, numquam animas semel vivificatas vel terribiles passiones vel deliciarum blandimenta sollicitant. Nam sensibus, quibus ipse dignaris infundi, nihil est desiderabilius quam regnum tuum, nihil terribilius quam iudicium tuum. Da ergo, Domine, ad petitionem nostram huic famulae tuae inter coniugatas trigesimum, cum viduis sexagesimum fructum. Sit in ea cum misericordia districtio, cum humilitate largitas, cum libertate honestas, cum humanitate sobrietas. Opus tuum die ac nocte meditetur, ut die vocationis suae talis esse mereatur, quales per spiritum prophetiae esse voluisti. Per. Tunc ponat episcopus orarium in collo eius, dicens: stola iocunditatis induat te Dominus. Ipsa autem imponat velamen capiti suo palam omnibus de altari acceptum, cum Antiph. Ipsi sum desponsata, cui angeli.

Oratio. Preces famulae tuae, quaesumus, Domine, benignus exaudi, ut assumptam castitatis gratiam te auxiliante custodiat. Per.

Ad annulum dandum. Accipe annulum fidei, signaculum spiritus sancti, ut sponsa Christi voceris, si ei fideliter servieris. Per.

Ad torquem. Accipe signum Christi in capite, ut uxor eius efficiaris, et si in eo permanseris, in perpetuum coroneris.

Deinde dicat antiphonam. Annulo suo subarrhavit me Dominus. Oratio. Famulam tuam, quaesumus, Domine, pia devotio te adiuvante perducat ad veniam, quatenus mereatur a cunctis mundari sordibus delictorum, reconciliatam tibi per Christum sereno vultu respicias et omnia eius peccata dimittas, severitatem quoque iudicii tui ab ea clementer suspendas et miserationis tuae clementiam super eam benignus infundas. Per eundem. Tunc imponat evangelium secundum Joannem. In illo tempore respondit Jesus et dixit: Non potest homo accipere. Post evangelium in ordine velatarum ad manus episcopi offerant, choro imponente offert. Miserere mei, Domine. Secret. Munera, quaesumus, Domine, famulae et sacratae tuae, quae tibi ob consecrationem sui corporis offert, simul ad eius animae medelam proficiant. Per.

Infra agenda: . . . Hanc ergo oblationem servitutis nostrae sed et cunctae familiae tuae, quaesumus, Domine, quam tibi offero pro incolumitate famulae tuae, ob devotionem mentis suae pius ac propitius clemente vultu suscipias, tibi vero supplicantes libens protege, dignanter exaudi. Diesque nostros.

Benedictio. Benedic, Domine, hanc famulam tuam preciosi filii tui sanguine comparatam. Amen. Benedictionis tuae gratiam, quam de-

siderat, consequatur: et sine ulla offensione maiestati tuae dignum exhibeat famulatum. Amen. Cursum vitae suae impleat sine ullis maculis delictorum et superet in bonis actibus inimicum. Quod ipse praestare digneris.

Communio. Servite Domino in timore.

Postcommunio. Bonorum, Deus, operum institutor, famulae tuae cor purifica, ut nihil in ea quod punire, sed quod coronare possis, invenias. Per.

Diacona vero illa inter mysteria sacra communicet et post missam episcopus ei pastorali banno pacem confirmat, ut sua cum securitate et quiete possideat [1].

Ordo Romanus IX (Mabillon 90 sq., Hittorp col. 97).

Ordo, qualiter in Romana ecclesia sacri ordines fiunt.

. . . Pontifex stat in sede sua, singillatim imponens manus capitibus eorum et benedicit eos [2]. Accedens autem archidiaconus tollit orarios de confessione, qui de hesterna die repositi sunt ibi; imponit [3] super eos: et pontifex induit eos planetis, et stant induti. Diaconilia indumenta tollunt qui diacones esse debent de medio eorum, et complentur benedictiones eorum, qui presbyteri ordinantur; et tunc descendunt in presbyterium et statim unus ex novitiis diaconibus legit evangelium et ad ipsam missam ministrant, unusquisque secundum officium suum. Tollit vero pontifex oblatas integras et dat singulis novitiis presbyteris, et inde communicantur usque dies VIII.

Expletis omnibus, missa rite completa, stant regiones paratae ad singulos titulos pertinentes cum candelabris et thuribulis, ut proprium suscipiant sacerdotem. Pontifex autem donat eis sacerdotalia indumenta, et ministeria missae, aurum vel argentum, vinum, frumentum et oleum. Egredientes autem de basilica S. Petri praecedent unumquemque vel triginta candelabra cum thuribulis. Ipse [4] sedet super equum album: praecedens et subsequens populus canit ei laudem.

Similiter etiam feminae diaconissae et presbyterissae, quae eodem die benedicuntur.

Plateae autem civitatis, unde transituri sunt, coronantur lauro et palliis, et cum tanta gloria ad statutos titulos deducunt proprios sacerdotes: et ipse facit eis illo die convivium.

---

[1] Invenies hunc ordinem etiam in tomo I. Sept. ASS, apud Pinium, Tractatus de eccl. diaconissis X, § 5, 47 sqq. A. Kalsbach, Die altkirchliche Einrichtung der Diakonissen (1926) dicit p. 82 adn. 1, eum scriptum esse in: F. E. Warren, The Leofric missal, Oxford 1883 p. 216.

[2] Scil. diaconos et presbyteros futuros.

[3] i. e. „canit psalmum vel antiphonam".

[4] Papa Romanus.

Episcopi autem omni tempore benedicuntur. Nunc vero mos est, ut nocturno tempore benedicantur.

Ordo chirotoniae apud Syros Nestorianos [1]
(Assemani, Bibl. or. III, 2 p. 851).

Ordo impositionis manuum, quae [fit] super mulieres diaconissas. Eligitur soror ex monasteriis, quae (sit) plena aliqualiter annorum et dives in ministerio monasterii et quae habeat testimonia operum bonorum. Et iubet pontifex et introducunt eam in diaconicum [2] tempore mysteriorum. Et admovet eam archidiaconus ad episcopum iunctas manus habentem et caput inclinantem et adorantem usque ad medium lumborum, sed in genua non procumbentem, quia non laudabile est. Et archidiaconus intonat Pax. Et orat episcopus et incipit Pater noster, qui es in caelis, et tunc dicit: ad te, Domine, levavi animam meam in tono ,,peregrinus" usque ad ,,oculi mei semper" et dicunt gloriam. Et incipit praesul canonem ,,Doce me, Domine. Fortitudinem tuam, Domine noster, habitare fac in ancilla tua" etc. Et orat et incipit: Ad te levavi. Effunde gratiam tuam, Domine noster, super ancillam tuam. Et cum absolutum fuerit, intonat archidiaconus Pax. Et orat episcopus: Deus noster bone [3], et tunc intonat archidiaconus Pax. Et orat praesul: ,,Domine deus fortis omnipotens, tu, qui fecisti omnia virtute verbi tui, et iussu tuo contines omnia, quae sunt, quae nutus tuus creavit, et pariter in viris et feminis tibi complaces, ut des eis donum spiritus sancti: tu, Domine, etiam nunc in misericordia tua elige ancillam hanc humilem ad opus bonum diaconatus et da ei, ut sine macula ministret coram te ministerium hoc magnum et sublime, cum [sit] custodita sine damno in omnibus disciplinis praestantiae, et admoneat et doceat pudicitiam et opera iusta et recta familiam suam, ita ut digna fiat recipere a te retributionem bonorum operum in die magno et glorioso revelationis Unigeniti tui, quia tibi et illi et Spiritui Sancto gloria, et honor et gratiarum actio et adoratio — et exaltat vocem suam — nunc et in omni tempore." Et respondent amen. Et ponit manum suam episcopus super caput eius, non in modum impositionis manuum [4], sed benedicendo benedicit [5] illi et orat super eam orationem secretam (verbotenus: orationem animae) pro viribus suis. Et inchoant psalmum hunc in tono ,,peregrinus": ,,qui regis Israel,

[1] Hunc ordinem Rev. D. Dr. Stummer e Syriaco in Latinum transtulit et notas 4 et 5 addidit.

[2] Diaconicum est locus, ubi versari solebant diaconi et presbyteri, cum officium divinum non celebraretur.

[3] Haec eadem precatio dicebatur in ordinatione diaconi (cf. Assem. l. c. p. 807).

[4] Impositio manuum = Syriaca lingua: s^{e}iâmîdâ.

[5] Benedicendo benedicit illi = Syriaca lingua: m^{e}barrâchû m^{e}barrech lah.

intende" etc. Et orant: „conforta, Domine noster, ancillam tuam gratiâ tuâ et adiuva eam miseratione tua, ut perficiat et adimpleat voluntatem dominationis tuae omni tempore, domine universorum." Alia [oratio]: „dignam fac, Domine, famulam tuam gratiâ tuâ, ut vereatur verbum tuum et timeat iudicium tuum et fiat habitaculum Trinitatis gloriosae omni tempore, Domine universorum." Et concludit per „gloria et gratiarum actio". Et praecipit illi, ut sine superbia sit[1].

Appendix.

Textus medii aevi memoriam antiqui usus retinentes.

Sequuntur aliquot loci, qui ostendere videntur, quamdiu memoria antiqui usus in ecclesia retenta et quomodo paulatim ex 'diaconissa' abbatissa facta sit.

I. Ecclesia orientalis.

Photius[2], *Syntagma canonum I, 30*

(MPG 104, 556). *Ἀπὸ δὲ τύπου τοῦ δεσπότου Ἡρακλείου ὡρίσθησαν ἐν τῇ αὐτῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ πρεσβύτεροι π΄, διάκονοι ν΄, διακονίσσαι μ΄, ὑποδιάκονοι ο΄, ἀναγνῶσται ρξ΄, ψάλται κε΄, θυρωροὶ οε΄.*

(MPG 104, 555). Per formam domini Heraclii constituti sunt in magna ecclesia presbyteri octoginta, diaconi quinquaginta, diaconissae quadraginta, subdiaconi septuaginta, lectores centum sexaginta, cantores viginti quinque, ostiarii septuaginta quinque.

Th. Balsamon[3], *In can. 19 conc. Nicaeni I*[4]

(MPG 137, 304). *Τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τῶν διακονισσῶν· παρθένοι ποτὲ προσήρχοντο τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατὰ προτροπὴν τοῦ ἐπισκόπου ἐφυλάττοντο, ὡς ἀνατεθειμέναι τῷ θεῷ, πλὴν μετὰ σχήματος λαϊκοῦ. Τοῦτο*

(MPG 137, 303). De diaconissis autem res ita se habet: virgines aliquando ad ecclesiam accedebant, et episcopi suasione servabantur, ut deo dedicatae, sed cum amictu laico. Id enim est eas in habitu

---

[1] Hunc ordinem A. invenit in pontificali Nestor. conscripto a. 1559 ab Josepho Indorum metropolitano, qui nobis non amplius est notus. Is dicit diaconissarum ordinationem apud Indos usque ad ea tempora peragi solitam esse (cf. Assem. l. c. p. 851).

[2] † 891; Photius hoc loco tractat etiam de numeris presbyterorum, diaconorum, diaconissarum, subdiaconorum in Justiniani Novellis constitutis, vide supra p. 34 sq.

[3] ca. 1140—1195.

[4] Cf. supra p. 10 sq.

γάρ ἐστι τὸ ἐξετάζεσθαι αὐτὰς ἐν τῷ σχήματι. Τεσσαρακονταετοῦς δὲ ἡλικίας γενόμεναι, ἠξιοῦντο καὶ χειροτονίας διακονισσῶν, εὑρισκόμεναι πάντως ἄξιαι.

censeri. Cum autem 40 annorum aetatis essent, diaconissarum quoque ordinationem recipiebant, si omnino dignae invenirentur.

Th. Balsamon, In can. 15 conc. Chalced. [1]

(MPG 137, 441). *Τὰ τοῦ παρόντος κανόνος πάντη ἐσχόλασαν. Διακόνισσα γὰρ σήμερον οὐ χειροτονεῖται, κἂν καταχρηστικῶς τινες τῶν ἀσκητριῶν διακόνισσαι λέγωνται.*

(MPG 137, 442). Quae in praesenti canone tractantur, omnino exolevere. Diaconissa enim hodie non ordinatur, etiamsi quaedam ascetriae abusive diaconissae dicantur.

Th. Balsamon, In can. 48 conc. in Trullo [2]

(MPG 137, 688). *Τὸ δὲ λαϊκὰς μόνας γυναῖκας ἀξιοῦσθαι διακονικοῦ ἀξιώματος οὐκ ἔστιν ἀληθές· καὶ μονάζουσαι γὰρ ἠξιοῦντο αὐτοῦ.*

(MPG 137, 687). Quod autem laicae solum mulieres dignae diaconissae dignitate habebantur, verum non est. Nam et monachae ea dignae habebantur.

Th. Balsamon, Responsa ad interrogationes Marci (Interr. 35)

(MPG 138, 988). *Πάλαι ποτὲ καὶ τάγματα διακονισσῶν τοῖς κανόσιν ἐπεγινώσκετο καὶ εἶχον καὶ αὗται βαθμὸν ἐν τῷ βήματι· ἡ δὲ τῶν ἐμμήνων κάκωσις τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην ἐκ τοῦ θείου καὶ ἁγίου βήματος ἀπεξένωσε· παρὰ δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τοῦ θρόνου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν διακόνισσαι προχειρίζονται, μίαν μὲν μετουσίαν μὴ ἔχουσαι ἐν τῷ βήματι, ἐκκλησιάζουσαι δὲ τὰ πολλὰ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθούμεναι.*

(MPG 138, 987). Olim aliquando ordines diaconissarum canonibus cogniti fuere, habebantque ipsae gradum ad altare. Menstruorum autem inquinatio ministerium earum a divino et sancto altari expulit. In sanctissima autem ecclesia sedis Constantinopolitanorum diaconissae deliguntur, unam quidem communicationem non habentes ad altare, in multis autem habentes conventum, et muliebrem coetum ecclesiastice dirigentes.

[1] Cf. supra p. 28.
[2] Cf. supra p. 40 sq.

Bar-Hebraeus[1] *II, 13*
(H. Denzinger, Ritus orientalium, Würzburg 1863, I p. 23).

Hoc tempore oleum et chrisma in aquam fundunt[2], et frontem solummodo chrismate presbyter linit, interposito linteolo inter ipsum et feminam baptizatam.

M. Blastares, Syntagma alphabeticum[3] *Γ cap. XI*

(MPG 104, 1173). *Ἕτερον δ' ἦν ποτε τὸ τῶν διακόνων γυναικῶν τάγμα καὶ ἕτερον τὸ τῶν χηρῶν. Τὰς μὲν γὰρ τὸ τῆς παρθενίας ἑλομένας σεμνὸν, καὶ πεῖραν τῆς ἐν ἁγνείᾳ ζωῆς ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ χρόνῳ παρασχομένας διακόνους οἱ πατέρες ἐχειροτόνουν. Τὸ γὰρ εὐεξαπάτητον αὐτῶν καὶ πρὸς κακίαν εὐόλισθον ὑφορώμενοι, εἰς τοῦτο τοῦ χρόνου χειροτονεῖν αὐτὰς ᾤοντο δεῖν· τὰς δέ γε κατειλεγμένας τῷ τάγματι τῶν χηρῶν μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα εἶναι ὁ ἀπόστολος διορίζεται· καὶ εἰκότως γε. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἄγευστοι τῆς τοῦ κόσμου τυγχάνουσαι ἡδονῆς οὐ ῥᾳδίως τῷ πάθει μετὰ τὸν τοσοῦτον ἁλώσονται χρόνον· αἱ δὲ χῆραι, ἀνδρὸς εὐνῆς πειραθεῖσαι, μᾶλλον ἂν σχοῖεν πρὸς τὸ πάθος ἐπιρρεπέστερον, τὸ σαρκικὸν αὐτῶν φρόνημα τῆς συνηθείας ἐρεθιζούσης· παρὸ καὶ ἑξηκοντούτην τὴν χήραν εἶναι ὡρίσαντο, ὡς πρὸς γῆρας κλίνασαν ἤδη, ἡνίκα καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἀπομαραίνεσθαι φλὸξ εἰώθει. Ἦσαν μέντοι καὶ μήπω πρὸς ἑξηκοστὸν ἀναβεβηκυῖαι χρόνον, αἱρούμεναι μετὰ λαϊκοῦ σχήματος σωφρονεῖν· ὧν καὶ πλειόνως οἱ πατέρες ἐφρόντιζον ἢ τῶν χηρευσάντων ἀνδρῶν· καὶ*

(MPG 144, 1174). Erat autem olim alius ordo diaconissarum, atque alius viduarum; illas enim virginitatis decus eligentes et vitae castae specimina ad annum 40 exhibentes, patres diaconissas ordinarunt. Etenim earum simplicitatem et ad malum proclivitatem suspicantes, non ante tempus illud ordinandas censebant; quae vero in viduarum ordinem admittendae sunt, eas non minores esse debere 60 annis apostolus decernit. Et merito quidem. Illae enim, cum voluptatem mundanam numquam gustaverint, post tantum temporis elapsum libidine non facile abducentur; viduae autem, viri commercium expertae, maiorem ad libidinem propensionem habebunt, consuetudine scilicet carnalem earum appetitum irritante; ideoque viduam sexagenariam esse debere definierunt, utpote ad senectutem iam inclinantem, quo tempore concupiscentiae flamma marcescere solet. Erant etiam aliae, quae annum sexagesimum nondum assecutae, cum habitu laico vitam continentem eligebant; quarum maiorem curam habebant patres quam

[1] 1226—1286.
[2] Diaconissae.
[3] Scriptum ca. 1335.

τὰ πρὸς τροφὴν αὐταῖς ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐχορήγουν, ἵνα μή, προφάσει τοῦ ἐνδεῶς ἔχειν, πρὸς δεύτερον ἀναγκασθεῖεν γάμον ἰδεῖν, ἣν οἱ χηρεύσαντες οὐκ ἔχουσι προβάλλεσθαι, πολυτρόπως τὰ πρὸς ζωὴν πορίζομενοι. Ἐκ δὲ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης τοῦ μεγάλου Παύλου ἐπιστολῆς εἴσῃ σαφῶς, ὅσης παρὰ τῆς ἐκκλησίας αἱ χῆραι φροντίδος ἠξίωντο.

Αἱ μέντοι διάκονοι γυναῖκες τίνα τὴν ὑπηρεσίαν ἐν τῷ κλήρῳ τῷ τότε ἐξεπλήρουν, τοῖς πᾶσι σχεδὸν ἠγνόηται νῦν· πλὴν εἰσὶν οἳ λέγουσιν, ὅτι ταῖς βαπτιζομέναις τῶν γυναικῶν ὑπηρέτουν, ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς οὐ θεμιτὸν ὂν γυμνουμένας ταύτας ὁρᾶσθαι, ὑπεράκμους ἤδη βαπτιζομένας. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι καὶ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐφεῖτο ταύταις εἰσέρχεσθαι, καὶ τὰ τῶν διακόνων ἀνδρῶν παραπλησίως αὐτοῖς μετιέναι. Κεκώλυνται δὲ παρὰ τῶν ὕστερον πατέρων τούτου τε ἐπιβαίνειν καὶ τὰ τῆς ὑπηρεσίας ταύτης μετέρχεσθαι, διὰ τὴν τῶν ἐμμήνων ἀπροαίρετον ῥύσιν· ἀλλὰ βατὸν μὲν εἶναι πάλαι καὶ γυναιξὶ τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, ἐκ πολλῶν μὲν ἔστι καὶ ἄλλων καταστοχάσασθαι, καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ ἐπιταφίου λόγου, ὃν ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ θεολόγος πεποίηκε. Γυναῖκα δὲ τῆς ἱερᾶς καὶ ἀναιμάκτου γίνεσθαι θυσίας διάκονον οὔ μοι δοκεῖ τὸ πιθανὸν ἔχειν· ὡς ἔστιν οὐ λόγον σῶζον, τὰς μὴ συγχωρουμένας δημοσίᾳ διδάσκειν εἰς διακόνου βαθμὸν ἀνιέναι, οἷς ἔργον τὸ διὰ λόγου καθαίρειν τοὺς προσιόντας τῶν ἀπίστων ἐπὶ τὸ βάπτισμα.

virorum coniugio liberatorum. Iis enim victum ab ecclesia suppeditabant, ne paupertatis praetextu ad secundas nuptias respicere necesse haberent, quem viri coniugio liberati praetendere nequeunt, pluribus modis victum sibi comparantes. Ex prima autem magni Pauli epistola ad Timotheum clarius disces, quanta cura viduae ab ecclesia dignae habebantur.

Quale autem ministerium diaconissae tunc temporis in clero implebant, omnibus fere hodie ignotum est. Sunt, qui dicunt, quod mulieribus baptizandis ministrabant; quippe quod eas virorum oculis nudas conspici baptizatas, utique cum aetate provectae essent, nefas videbatur. Dicunt autem alii, quod ad sanctum altare ingredi iis permissum erat, et diaconorum officia prope illos exsequi. Verum prohibuerunt postea patres eas illuc ascendere, et illo ministerio defungi, propter involuntariam catameniorum fluxum. Quod autem mulieribus ad sanctum altare accedere licitum erat, ex multis aliis conicere licet, et potissimum ex funebri oratione quam in sororem magnus Gregorius theologus habuit. Mulierem vero sacri et incruenti sacrificii ministram fieri mihi haud verisimile videtur, utpote quod rationi dissonum sit eas, quae publice docere non permittuntur, ad diaconi gradum ascendere, quibus incumbit doctrina infideles accedentes ad baptismum purgare.

II. Ecclesia occidentalis.

Glossa in c. 15 concilii Chalcedonensis
(F. Maassen, Wiener Sitzungsber., phil.-hist. Kl. 84. Bd. p. 274).

Diaconissa est abbatissa [1] quae XX annis a Pauli iussu deminutis per manus impositionem ab episcopo ordinatur, non ante XLmum annum, ut instruat omnes christianas feminas fide et lege dei, sicut erant in veteri lege. De qua et apostolus: Vidua eligatur non minus LX annorum. Et haec erant presbiterisse in evangelio, Anna octoagenaria; nunc vero Calcedonicus canon quadragenariam indulget [2].

Atto Vercellensis [3], *ep. VIII. Ad Ambrosium sacerdotem*
(MPL 134, 114 sq.).

Quod vestra prudentia consulere iudicavit, quid in canonibus presbyteram, quidve diaconam intelligere debeamus: videtur nobis quoniam in primitiva ecclesia, quia secundum dominicam vocem „messis multa, operarii pauci" (Luc. X, 2) videbantur, ad adiumentum virorum etiam religiosae mulieres in sancta ecclesia cultrices ordinabantur. [Deinde tractatur de Rom. 16, 1.] Ubi intelligitur, quia tunc non solum viri sed etiam feminae praeerant ecclesiis, magnae scilicet utilitatis causa. Nam mulieres diu paganorum ritibus assuetae, philosophicis etiam dogmatibus instructae, bene per has familiarius convertebantur, et de religionis cultu liberius edocebantur. [Sequuntur tractationes de c. 11 conc. Laodic., quem vide supra p. 11, et de c. 15 conc. Chalced., quem vide supra p. 28 et de c. 12 statut. eccl. ant., quem vide supra p. 43.]

Sunt etiam, qui eas priscis temporibus diaconas asseruere appellatas, quas nunc abbatissas nominamus, quod nobis minime congruere videtur. Abbas namque pater dicitur . . . Cuius vocabuli vis, timoris pariter et amoris, reverentiae et affectionis explicat qualitatem. Diaconam vero nihil aliud quam ministram intelligimus . . .

Possumus quoque presbyteras vel diaconas illas existimare, quae presbyteris vel diaconis ante ordinationem coniugio copulatae sunt.

[1] Cf. Kehr, Italia Pontifica I p. 121, dipl. 3 anni 905, quo Sergius III 'Euphemiae, ven. diaconae et abbatissae' confirmat fundum Casaferrata. Hartmann, Tabularium S. Mariae in Via Lata (Vindobonae 1895) p. 19: Sergia, ven. diacona et abbatissa (dipl. XIV, anno 987); similiter dipl. XVI a. 988, l. c. p. 21, et dipl. IX (a. 978), l. c. p. 11: ven. diacona Agathe.

[2] E codice Ambros. saec. IX et e cod. Vercell. saec. X.

[3] ca. 885—961.

Petrus Abaelardus, Epist. VIII ad Heloissam (Cousin I p. 164).

Septem vero personas ex vobis ad omnem monasterii administrationem necessarias esse credimus atque sufficere: cellerariam, vestiariam, infirmariam, cantricem, sacristam et ad extremum diaconissam, quam nunc abbatissam nominant [1].

Petrus Abaelardus, Sermo XXXI, In natali St. Stephani
(Cousin I p. 555 sq.).

Perpendite (sorores) et quanto vos honore divina gratia sublimaverit, qui vos primum suas et postmodum apostolorum habuit diaconas cum tam illis quam istis sanctis viduis de suis facultatibus constet ministrasse. Unde et ipsas tam diaconas quam diaconissas antiquitus appellare doctores sancti consuevere. De quarum etiam mensis ordo diaconatus in praedictis viris incoeptus, ad dominicam altaris mensam postmodum est translatus; ut qui diaconarum fuerant diaconi, nunc levitae efficiantur Christi. Quibus pariter et feminas in hoc diaconatus ordine ab apostolo coniunctas esse doctores sancti multis profitentur in locis. [Sequitur Rom. 16, 1; deinde:] Quem quidem locum Cassiodorus [2] in huius epistolae commentariis suis exponens: „Significat", inquit, „diaconissam fuisse matris ecclesiae, quod in partibus Graecorum hodie usque peragitur, quibus et baptizandi usus in ecclesia non negatur." Hinc et Claudius [3] ita meminit: „Hic locus apostolica auctoritate docet etiam feminas in ministerio ecclesiae institui, in quo officio positam Phoeben apud ecclesiam, quae est in Cenchris, apostolus magna cum laude et commendatione prosequitur." Hieronymus quoque illum apostoli locum ad Timotheum scribentis exponens dicit: „adolescentiores autem viduas devita in ministerio diaconatus praeponere, nec malum pro malo detur exemplum."

Ex ordinibus ad abbatissas vel viduas vel virgines consecrandas ecclesiae occidentalis paucos locos elegi, qui admoneant de veteribus ad diaconissas faciendas ordinibus, et alios, qui demonstrent ordinationem abbatissarum et consecrationes virginum vel viduarum quoad essentiam penitus differre a ritibus ecclesiae antiquae orientalis.

[1] Per totam epistolam Ab. abbatissam 'diaconissam' nominat. Cf. etiam Glossam in can. 15 concilii Chalced. supra p. 67.

[2] ca. 490 bis ca. 583.

[3] Cf. supra p. 8 adn. 3.

Oratio sumpta e ritu consecrationis viduae, quae fuerit castitatem professa (Gerbert p. 98).

Viduae post perlectum evangelium debent velari, quia decet eas per evangelium praedicari. Vidua autem, quia soluta est a lege viri, seipsam similiter dare Deo debet et a presbytero velari, vel etiam consecratum ab episcopo velamen ipsa sibi, nec episcopus debet imponere. Presbyteris vero licet viduas velare, solis episcopis virgines.

Benedictio propria viduae.

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut haec famula tua, quae pro spe retributionis aeternae tibi, Domino, desiderat consecrari, plena fide animoque in sancto proposito permaneat [1]. Domine Deus, virtutum coelestium aeterne dominator, tibi supplices effundimus preces, ut hanc famulam tuam N. consecrare digneris, quam de pristina conversatione ad novitatem vitae, expolians veterem hominem et induens novum, converti fecisti, ut sicut Anna prophetissa multis temporibus viduitatis veste induta in templo gloriae tuae ieiuniis et orationibus fideliter deservivit, sic et haec famula tua tibi soli Deo in ecclesia tua devota mente deserviat. Per.

Orationes sumptae e ritu ordinationis abbatissae canonicam profitentis regulam (Gerbert p. 98 sq.) [2].

In ordinatione abbatissae episcopus debet missam cantare et eam benedicat hoc modo. Post antiphonam ad introitum et datam orationem et reliquum officium missae usque ad evangelium prosternat se electa ante altare cum duabus vel tribus de sororibus suis fiantque ibi letaniae. Quibus finitis benedicat eam episcopus inclinato capite dicens:

[1] Haec eadem oratio dicitur etiam in consecratione sacrae virginis cf. Gerbert p. 95 sqq. et similiter p. 101 sq.; Hittorp c. 158 sqq. In ritu consecrationis sacrae virginis apud Gerbertum descripto virgini anulus et in alio ritu (apud Hittorpium c. 161) etiam torquis datur sicut diaconae; vide supra p. 60. Ordinem ad consecrandam sacram virginem p. 95 sqq. exhibitum Gerbertus sumpsit e codice Vindob. saec. X. Hic legitur: „(Virgo) postquam communicet, reservet de ipsa communione usque in diem octavum, ut inde communicet.“ Martène dicit de hoc usu (p. 187): „Peracta hoc modo virginum consecratione episcopus missam prosequebatur, in qua consecratae communicabant et de ipsa communione ad sequentes dies octo reservabant, ut inde communicarent. Hunc ritum, qui praescribitur in ordine Romano, habes in antiquis codicibus mss. quam plurimis. . . . In quibusdam tamen recentioribus . . . pontificalibus . . . tantum praescribitur, ut tribus diebus communicent.“

[2] Hunc ordinem invenies etiam apud Hittorpium col. 162 sqq.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequitur orat. Oremus. Exaudi, Domine, preces nostras et super hanc famulam tuam spiritum tuae benedictionis emitte, ut coelesti munere ditata et tuae gratiam maiestatis possit acquirere et benevivendi aliis exemplum praebere [1]. Per.

Omnipotentiam tuam humiliter imploramus, Domine, ut super hanc famulam tuam, quam ad sacrum ordinem assumere dignatus es, benedictionis tuae donum dignanter infundas, eique gratiam sanctificationis [2] tribuas, ut quod te donante percipit, te protegente illaesum custodiat. Per.

Et prosequatur istam orationem in modum praefationis. Domine sancte pater omnipotens, aeterne deus, adesto precibus nostris, adesto votis, adesto famulatibus, adesto consecrationibus, qui omnia per verbum virtutis tuae mirabiliter dispensas et dispensanda ministras. Qui diversis floribus tuam semper exornas ecclesiam, dum eam et virorum exemplis et illustrium feminarum irradias institutis. Qui etiam de infirmiori sexu hanc famulam tuam servitutis tuae applicare dignatus es famulatui. Effunde, quaesumus, Domine, super hanc famulam tuam, quam in officium divinum fideliter dedicamus, gratiam sancti spiritus, ut tibi omni tempore eius servitiis dignanter compleat, eamque dextera potentiae tuae benedicere et sanctificare sive consecrare digneris in opus ministerii tui condignum, quatenus actum ministrationis sibi creditae fideli animo exequatur, et eiusdem sancti spiritus septiformis gratiae virtute corroboretur. Requiescat ergo super eam, Domine, spiritus sapientiae et pietatis ac repleas eam spiritu timoris tui. Concede quoque ei gravitatem actuum, censuramque vivendi, ut in lege tua die ac nocte meditetur. Mandata tua custodiat, dictis tuis obediat, sacris lectionibus insistat, terrena et transitoria despiciat, atque omni tempore bonis operibus inserviat. Omnem libidinem pravae voluptatis superet, amorem honestae castitatis teneat, ut tibi sponso venienti cum lampadibus suis inextinguibilibus possit occurrere, et praecedentium virginum choro iungi, et ne cum stultis excludatur, regalem ianuam cum sapientibus licenter introeat. Abundet in ea totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiae puritas et spiritalis observantia disciplinae in moribus eius praecepta tua fulgeant, ut tuae castitatis exemplo cunctis sibi subditis imitationem praebeat puram, et bonum conscientiae testimonium ostendens in Christo Jesu firma et stabilis perseveret atque ita perceptum ministerium te auxiliante peragat,

[1] Sicut in ordine Romano ad diaconam faciendam, vide supra p. 59, 26 sqq.
[2] Hittorp: consecrationis.

qualiter ad aeternam remunerationem te donante pervenire mereatur. Per[1].

[1] In ritu ordinationis abbatissae monasticam regulam profitentis (Gerbert p. 99 sq.) invenitur haec oratio: ,,Omnipotens sempiterne Deus, benedictionis tuae spiritum N. orantibus nobis propitiatus infunde, ut quae per manus hodie impositionem abbatissa constituitur, sanctificatione tua digne a te electa permaneat ut numquam postmodum de tua gratia separetur indigna" (p. 100). Et haec: ,,Domine Deus omnipotens, qui sororem Moysi Mariam praeeuntem cum ceteris mulieribus inter aequoreas undas cum tympanis et choris laetam ad litus maris venire fecisti, te supplices deprecamur pro fideli famula N., quae hodie materna in cathedra super universas subditas sibi abbatissa constituitur, ita canonica norma tueatur cunctas famulas tuas, quatenus ad aeternam gloriam te auxiliante cum illis omnibus introeat laeta ibique exsultans cum angelis canens cantica nova sequatur agnum, quocumque ierit" (p. 100).